



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

OPVSCVLA HISTORICA,
VTI EXHIBETVR
AVGVSTINI A LEYSER,
CVRISCONSULTI CELEBERRIMI,
BIGA COMMENTATIONVM HISTORICARVM,
ALTERA DE
VESPERIS SICVLIS
ALTERA DE
RAPTV ANNAE BRITANNAE
SEPARATIM RECVDI CVRAVIT, NOTASQVE
ET ADDITAMENTA;
VTI ET
SPICILEGIVM OBSERVATIONVM
DE
CONNEXIONE ITALIAE
CVM REGNO GERMANICO,
VBI PRAECIPVE SENTENTIA
VIRI ILLVSTRIS
IOACH. ERDM. SCHMIDTII,
PROF. IVR. IN ACADEM. IENENSI
DE LANGOBARDORVM IN ITALIA REGNO,
A GVIDONE SPOLETINO
NON SOLA ELECTIONE QVAESITO,
(MODESTO EXAMINI SVBICITVR:
ADIECIT
CAROLVS FRANCISCVS LVBERTVS HAAS
PHILOS. ET HIST. ECCLES. IN ACADEMIA MARBVRGENSI
PROFESSOR ORDIN.

MARBV RGI CATTORVM
EX OFFICINA LIBRARIA MÜLLERO - WELDIGIANA
C101000LXVIII.

OPUSCULA HISTORICA

AVGVSTINI

DEI COMMENTATIONVM IN HEBRAICIS
ALFABETIS

AVGVSTINI

AVGVSTINI




AVGVSTINI

AVGVSTINI

AVGVSTINI

AVGVSTINI

AVGVSTINI



MARBURGI CAETORVM
EX OFFICINA STAMPAERII
CICCOLETTI



PRAEFATIO.



Quam amico connubio iurisprudentiae et historiarum studia coniungantur, suo etiam exemplo egregie comprobavit celeberrimus nostri saeculi Iurisconsultus, Wittebergensis, anno 1752 ad meliorem vitam euocatus, **AVGVSTINVS A LEYSER**, qui non solum iurium doctrinae multiplex ex rerum omni tempore gestarum notitia lumen attulit, sed etiam subinde, vbi illius vsum concedi intelligebat, non incommodam occasionem sibi offerri censuit, in ipsius historiae amoenitates excurrendi, et in factorum, quae a scriptoribus historicis nobis panduntur, veras rationes data opera inquirendi. Prout ille vero omni literarum elegantiorum generi non vulgariter se dederat, ita etiam, dum in disquisitionibus argu-

A

menti

menti historici occupatus est, eo styli nitore et vbertate vtitur, vt plurimi huius rei non imperiti iudices, videri sibi, LEYSERVVM legendo, Liuium aut alium aetatis optimaе scriptorem prae oculis habere, non temere pronuntiauerint; neque minus cum sermonis elegantia lectionis copia iudicijque acumen feliciter iuncta vbique deprehenduntur. Has inter commentationes insignem locum deberi illi, quam de *Vesperis Siculis, Meditationum suarum in Pandectas volumini IX. velut specimen DCVI.* huius operis inseruit, omnes mihi largituros esse confido, qui eam attente legerunt, quippe quae ex instituto hoc argumentum ita tractat, vt vera huius facti adeo decantati causa ex genuinis fontibus exhibeatur, et vulgaris Gallorum narratio apertae falsitatis conuincatur; vnde saepe miratus sum, a nemine eorum, qui post eam editam huius rei in scriptis suis historicis mentionem facere debuerunt, illam, quantum recordari possum, nominatam fuisse et commendatam, idque eo magis, quod plurimi ex his, quippe iurium studio praecipuam operam consecrantes, LEYSERI liberum perpetua manu versarunt. Non inutilem itaque operam fore censui, si hanc disquisitionem in gratiam eorum, qui accuratiori historia-

rum

rum cognitione delectantur, amplum vero, ubi ea extat, opus sibi comparare e re sua non existimant, separatim edendam curarem. Cum vero scriptum elegantissimum locis nonnullis luce aliqua egere, et traditioni a plurimis huc usque receptae aliquid veri subesse, vnde ipsam eam narrationem ortum traxisse non inepte conieceris, deprehenderem, notas et accessiones addere haud superuacaneum duxi; in quibus quidem vberior fui, quia commoda vniuersi argumenti illustrandi occasio mihi ita agenti offerebatur. Quod si qualemcunque hanc meam opellam idoneis harum rerum arbitris non displicere cognouero, erit de quo mihi maximopere gratuler. Extat quidem CHRIST. AMOSI BÜRGERI dissertatio de *Vesperis Siculis*, Lips. 1685 typis excusa, multa diligentia, nec sine iudicio scripta; sed haec tamen ita comparata est, vt, dum iam LEYSERI scripto uti licet, ea tuto carere queas, siquidem auctor neque ex iustis fontibus, quorum magna pars tum nondum typis expressa publice extabat, omnia, quae affert, hausit, neque adeo, cum veram facti rationem ignoraret, recto illud iudicio trutinare potuit: et quae ab Ill. PÜTTERO *hist. Imp. Germ. p. 331 not. r.* indicatur *Filadelfi Mugnos*, cuius auctoris alium li-

brum b. KOELERVS *fam. Aug. Stauff. p. 66* nominat, de hoc argumento historia singularis, *Panormi 1645* lingua Italica edita, meis aequeminus vsurpata est oculis, ac sine dubio ad paucissimorum notitiam peruenit; vnde et quid in ea auctor praestiterit, ignoro, et ex ea aliquid in vsus meos conuertere mihi non licuit. Neque vero lectoribus ingratum fore spero, quod LEYSERVM imitatus, quae adieci coaeuorum testimonia, integra exhibuerim, cum libri, vbi leguntur, multorum sint sumtuum, et paucorum versentur manibus. Miraluntur forte multi, et negligentiae nomine me accusabunt, quod totum tertium operis praestantissimi, quod de *historia Neapolitana* consignauit *Giannoni*, non consuluerim, vnde quippe sine dubio varia, argumento a me tractato inferitura depromere potuissem. Qui vero ita iudicauerint, a me rogantur, ne mihi gratiam excusationis proferendae denegent, sciantque, non mea culpa hunc auctorem a me neglectum; casu quippe factum est, vt, quemadmodum editione originali ac versione gallica destitutus fui, ita et germanica huius tomi in meas manus nondum inciderit.

Laudatae LEYSERI dissertationi eam repetitis typis comitem dedi, quam idem *partem primam*

mam speciminis DXCIII operis sui in *Pandectas* esse voluit, quaque de *raptu Annae Brittannicae* pari, ac priori fecerat, eruditione agit. Animadversiones ei etiam adiunxi, quod nonnulla hic occurrebant, quae nondum satis expedita mihi videbantur. Non quidem me latet, adesse binos auctores recentiores, qui argumentum illud studiose tractarunt, quorum alter *Guido Alexius Lobineau*, monachus Benedictinus ex congregatione S. Mauri, plures bonae notae historicos inter suos numeranti, in libro praestantissimo: *histoire de Bretagne, Parisiis 1707* duobus in folio, ut vocant, voluminibus in lucem producto, locis ab Ill. HAEBERLINO *hist. Germaniae p. 508* indicatis, hac de re egit; alter, Abbas *Trait*, singularem librum inscriptum: *histoire de la reünion de la Bretagne avec la France, eodem loco 1764*, duobus formae minoris, quam duodecimam vocant, tomis foras prodire iussit, cuius notitiam *Nova literaria Göttingensia anni 1765 P. 7* mihi suppeditarunt; vnde forsan aliquis inanem operam in curata laboris LEYSERIANI noua editione et adiectis notis a me consumtam putauerit. Verum opus priori loco laudatum, et ab ipso LEYSERO semel tantum citatum, rarius in oris nostris prostat, prout et mihi eius

inspectio et vsus negatus fuit, neque iniuriam mihi factam reputabo, si quis, cui illud consulere licet, ex mea tenui opera occasionem sumet, inde meliora et ampliora publice proferendi: posterius vero scriptum, licet non sine omni cura confectum, partium tamen studio contaminatum esse, citata *Noua literaria* docent; neque, vt eius generis libris apud exteros excusis accidere solet, multis eius legendi copia fore videtur. Quae cum ita sint, de studii historici cultoribus forte non male meritis censebor, quod quae LEYSERVS docuit, in eorum manus quasi reduxerim, quippe nec huius dissertationis ab historicis recentissimis vllam mentionem factam memini.

De *Spicilegio*, quod his commentationibus adieci, *obseruationum de connexionione inter Imperium Germanicum et Italiae Regnum*, nihil hic loci dicere habeo, cum eius ratio, causaque, qua inductus, ad illud colligendum animum appuli, ex primis eius verbis constet. Longum quidem ab eo, quo Ill. SCHMIDTI dissertatio prodiit, tempus effluxit, vnde forsan meum qualecunque scriptum magnam gratiae partem amittere videbitur; cum vero nulum nouerim, qui in viri huius sententiam ex instituto inquisiuit, non plane inutile reputaui, si vel nunc demum, quae circa eam notari possunt, eruditorum oculis et vltiori examini subiecero. Quod superest, vt, qui haec leget, conatibus meis faueat, et, qui forte irreperunt, erroribus benigne ignoscat, enixe rogo. Scribebam

Marburgi d. 20 April. 1769.



COMMENTATIO
DE
VESPERAE SICVLAE
FABVLA.

I.

Galli saepe pro conseruanda et amplificanda existimatione sua fabulas et ingeniose et feliciter excogitant, atque fidem inueniunt.

II.

Vespera Sicula merum commentum est.

III.

Caedes Gallorum, anno 1282 in Sicilia facta, non fuit infidiosa, nec deliberata, sed fortuita et improuisa, nec vno die et vespera exercita, sed per plures dies continuata.

Inter caedes infidiosas, quae vulgo circumferuntur, atrocissima fere est famosa illa vespera sicula; quam tamen meram fabulam esse, luculenter ostendam. Nulla scilicet est in Europa gens, quae Gallorum in excogitandis et vulgandis, pro amplificanda gloria sua, depellenda a se ignominia, et imminuenda hostium vicinorumque laude, fabulis temeritatem sed et felicitatem vincat. Abundant nempe Galli ingenio, colunt bonas litteras, valent elo-

eloquio, scribunt eleganter et iucunde; hisque artibus et virtutibus efficiunt, vt, quidquid in lucem edunt, auide excipiantur, cupideque legatur, domestica vero et aliarum nationum scripta negligantur. Sciunt hoc scriptores Galli, nostraque in ipsorum libros propensione in suam gloriam, cuius percupidi sunt, abutuntur. Semper scilicet de se et gente sua magnifice loquuntur, res gestas suas elate narrant, exterorum, qui cum ipsis in societatem egregii facinoris laudisque venerunt, nullam faciunt mentionem, cuncta sibi solis adscribunt, id, quod perperam a se factum est, vel studiose reticent, vel fucis et colore Quintiliano oblinunt, aduersariis suis et aemulis opiniones, dicta, factaque, de quibus illi non cogitarunt, adfingunt, atque haec omnia simul cum scriptis suis per orbem terrarum dispergunt, lectoresque suos, qui, quod contra scribitur, nec lectu quidem dignum aestimant, ita in partes suas trahunt, vt fabulas istas pro veritate accipiant, atque in posteros per aliquot saecula propagent. Cuius rei luculentum exemplum in *Specimine* DLXXIV dedi, atque memoriam Ioannis, Burgundionum ducis, et Ioannis Parui theologi ab impietatis et erroris in doctrina calumniis, quibus Galli eam, ad Burgundiae et Austriacae gentis inuidiam, macularant, hocque aliorum populorum, atque adeo Austriacis scriptoribus, per tria continua Saecula persuaferant, purgavi. Poteram alia similia exempla commemorare. Nouimus partem, quam Galli in celeberrima de Turcis anno 1664 ad fanum S. Godhardi reportata victoria habuerunt, nec dissimulamus. Sed Galli auctores proelium hoc sic describunt, vt soli victoriam reportasse, Germanosque spectatores saltem et testes virtutis suae habuisse, videantur. Est hoc tamen adhuc tolerabile. Sed quis aequo animo ferat,

ferat, Gallos sibi etiam victorias in annis 1716. et 1717. de Turcis reportatas attribuere. Cuius gloriationis causam non aliam habent, quam quod ephebi nonnulli ex aula regis cum famulatio suo, Eugenii ducis fama exciti, spectatum magis quam militatum accurrerunt. Et de hac tamen ludicra expeditione sua ita gloriosissime in *musis Rbetorices, Parisiis anno 1732. per Xauerium de la S. nte editis, part. 8.* scribunt:

„ Dum quatic Hungaricas armis victricibus arces
 „ Turcarum pauor, Eugenius; Dum Gallica pubes
 „ Militat Austriadis, quos vincere nuper amabat:
 „ Dumque superborum colla impia Sultanorum
 „ Decutimus ferro.

Quodsi haec carmina, vt elegancia eorum meretur, aetatem ferunt, posterii credent, Germanos, paulo ante a Gallis, si Diis placet, bello victos, deinde in bello contra Turcas adiutos, Gallis victoriam salutemque suam debere; ac Gallos sub auspiciis Eugenii triumphasse. Inter populares autem fabulas, quas Galli in historias et annales publicos intulerunt, nulla forte altiores radices egit illa, quae de Vespera Sicula vulgo circumfertur. Nemo scilicet est adeo in historiis hospes, qui de anno Christi 1282. funestissima Gallorum per Siciliam clade nobilitato, nihil vnquam inaudierit. Etiam de plebe homines sibi inuicem narrant, Gallos olim Siciliae dominos fuisse, sed immodicis exactionibus, rapinis, stupris, adulteriis, ac aliis flagitiis Siculorum animos sic exacerbasse, vt hi tandem consurrexerint, ac omnes per totam Siciliam Gallos, praeter vnum iustum sanctumque virum, ad octo circiter millia, vno quasi impetu trucidarint, et sic durissimum iugum excusserint. Stragem ipsam, et quae illam secuta est, Siciliae iacturam Galli in dubium

vocare non potuerunt, quod haec sub oculis totius terrarum orbis gesta essent. Incontinentiae tamen, imprudentiae, ignaviae et inertiae maculam, qua nationem suam ex hac clade adspergi animaduvertebant, omnibus modis eluere cupierunt, atque auream quandam fabulam commenti sunt. Negant igitur, Siculos coeco et improviso impetu in Gallos irripuisse, sed prodicionem et conspirationem fingunt, atque Ioannem quendam Prochytae antea integros tres annos in circumeunda insula et in visendis vicinis aemulisque principibus consumpsisse, Siculos ad seditionem instigasse, hancque illis persuasisse, atque promissionem ab omnibus, se vno die vnaque hora vespertina arma sumturos, impetum in Gallos facturos, eosque necaturos, accepisse, et ita Gallos, nihil tale cogitantes, imparatos, inermes, palantes, non hostium virtute, nec sua ignavia, sed per insidias et coniurationem, vna omnes vel binis horis, in tota insula caesos, occubuisse. Ita rem narrant Scriptores Galli, veteres ac recentiores, ex quibus vnum producam *Ioannem de Bussieres*, tum, quia brevis est et perspicuus, tum, quia ceteros gentis suae historicos candore et integritate vincit. Ita enim de eo iudicat *Conringius*, iudex in rebus historicis omni exceptione maior, in *Conringianis* pag. 266. *Bussierii historia Francica elegans sane est, et palmam eripit ipsi Paulo Aemilio. In rebus superioris nostrique aevi describendis, video illum alienum a furoribus Iesuiticis et Zelotarum Iuae partis, eoque multo aliis aequiorem, et Thvano fere similem, iudicio politico bonum, et stylo perspicuo eximium* Hic *Bussieres* in *historia Francicae* lib. 9. cap. 9. et 10. pag. 427. seqq. rem sic narrat: *Nunc ad Aragonium Bellum me conuerto, vespertasque Siculas, quae quanquam celeberrimae, et omnium intextae historiis, praeter-*

termitti a me sine incuriae et negligentiae nota non possunt. Huius tantae cladis originem indaganti, vna occurrit Caroli Regis caeca prosperitas; ab ea quippe Nicolai metus, Petri Aragonii Cupiditas, Francorum licentia, Ioannis Prochytae ultio, et furor Sicularum, simul orta et propagata sunt. Ea res Caroli hostibus ad eum impetendum visa opportuna. Illorum capitalissimus, quanquam in speciem vilis et aspernabilis, Ioannes Prochyta, inferendi mali stramen contexit. Ille patria Salernitanus, vir solerti callidoque ingenio, Dominus Prochytae, quae in Puteolano sinu insula est, Friderici Regis primum ut scribunt Medicus, dein Manfredi, atque ipsius Caroli consiliarius, constuprata a Francis uxore, exorsus proditionem et deprehensus, fuga se eripuerat, facultatibus omnibus spoliatus. In Aragoniam profugus, Reginae Constantiae gratia in Aulam admissus est, ac vindicta face inflammante ingenium, commentus est in Francos et Carolum quid tentare a).

B 2

Sicilia

a) BZOVIVS *annal. Eccles. ad an. 1281. n. 8.* cuius locum iam adduxit BESOLDVS in *bist. Reg. Sicul. et Neapol. p. 691.* initium consilii capti de liberanda a Gallorum molestiis Sicilia in Conradum, Dynastam Antiochenum coniicit, qui Manfredo et Conradino olim addictus, Carolo autem valde infestus, Prochyta executore consilii usus fuerit. Constat, fuisse Friderico II. Imper. ex filio notho Friderico, cui de Antiochia cognomen inditum, nepotem Conradum, genealogiae huius probationem exhibente b. KOELBRO *famil. Aug. Stauff. p. 65.* cuius mater Maria ius, ex avia Isabella repetitum, in regnum Hierosolymitanum in Carolum Andegauensem transtulit, qua de re agit IBERIVS *chron. S. Bertini in MARTENE thes. anecd. T. III. p. 754.* Conradum memoratum capitali supplicio 1268. vel 1269. periisse, fide coaeuorum recentiores, RAYNALDVS *A. E. T. XIV. ad a. 1268. n. 35.* GIANNONIVS *bist. Neapol. T. II. p. 587.* MVRATORIVS *annal. Ital. P. VIII. p. 97.* KOELERVS l. c. aliique scribere

non

Sicilia visa est scena furori aptissima. Eam praefectis administrandam dederat Carolus, quorum auaritia et negligentia miseri Siculi opprimebantur: ii maxime procacem Francorum libidinem incusabant, quibus nullus virginum pudor, nulla castimonia matronarum illibata foret aut intentata b).

Con-
non dubitarunt. Memorat vero RAYNALDVS *ad a. 1282. n. 26. et ad a. 1285. n. 9.* alterum Conradum de Antiochia, quem iam *ad a. 1268. n. 34. 35.* a priori omnino distinguit, illumque in praelio Conradino fatali captum fuisse, Clemente IV. vero intercedente veniam obtinuisse, ac, licet perpetuam fidem sedi Romanae addixerit, mutata rerum facie ad Caroli hostes se iterum adiunxisse, fide literarum pontificiarum, quas affert, perhibet. Aut ergo RAYNALDVS temere distinguit, vno loco ad scriptores, aliis ad literas Clementis IV. et Martini IV. prouocans, fidesque scriptorum coaeuorum quoad Conradi prioris mortem in dubium vocanda est; aut, si recte hi se habent, ea, quae BZOVIVS ET SVRITA CUM RAYNALDO de Conrado Antiocheno memorant, non ad nepotem Friderici II. sed ad alterum illum, cuius plenior notitiam apud eos auctores, quos mihi nunc scribenti tractare licuit, frustra quaesiui, referri debere patet. Diploma *Conradini*, quo in patriam, Conradum de Antiochia, Aprutii Principis dignitatem confert, in lucem produxit *b. de MOSHEIM hist. sectae Apostol. p. 392. seq. MARIANA de reb. Hisp. L. 14. cap. 6. p. 592. edit. in 4. in eo a reliquis auctoribus abire videtur, quod Prochyram ea ipsa ex causa, ne gratia, qua apud Manfredum valuerat, sibi apud Gallos detrimento esset, in Aragoniam abiisse referat, cuius Rex, virum idoneum sibi inuenisse visus, per quem Siciliae regnum reciperet, ipsum amplis possessionibus donauerit. Reliqui enim eius abitum iniuriis ipsi illatis tribuunt. Teste SVRITA *indic. rer. Aragon. Hispan. illustr. T. III. p. 116. vsus est Prochyta socio negotii fratre suo Andrea.**

b) MARINEVS SICVLVS *de reb. Hisp. L. XI. p. 854. seq. in BELL. S. R. Hisp. T. II. ex ARBINI hist. Florent. Praefecti ad gubernandas Siciliae ciuitates viri Gallici, innumeras Siculis clades inferere.*

Conceptum consilium Prochyta cum Petro Aragoniae Re.

B 3 **ge**
 ferebant, tantaque erat gubernatorum petulantia, tanta barbaricae gentis immanitas, ut non iam liberorum hominum sed mancipiorum loco Siculi omnes haberentur. Pro leuissimis rebus, ac saepe pro verbo liberius emisso, supplicia aderant crudelissima. Delatorum plenae erant vrbes, laquei et securae in leuissimis habebantur poenis. Adhaec rapacitas et auaritia Gallorum inexhausta, et auri cupido insatiabilis, nocentes pariter et innocentes peruadebant, nec ullus rapinarum erat modus. Diuitiae pro crimine laesae maiestatis habebantur, ut quisquis amplissimo erat patrimonio, ita in periculum acerrime vocabatur. Id hominum genus rebellionis auctor fuisse, id maledixisse Regi, id Manfredi vel Conradini imaginem domi habuisse accusabatur. Fortunarum iacturae iam in consuetudinem venerant, optabiles quidem, modo supplicia et excarnificationes cessarent. His accedebant libidines non maiorum modo, verum etiam ministrorum in uxores et filias Siculorum sine v'lo respectu et verecundia, ut cuique placitum fuerat. cf. FAZELLVS D. poster. p. 450. RAYNALDO teste, T. XIV. ad an. 1282. n. 11. Pontifices Romani Clemens IV. et Nicolaus III. magna contentione Carolum hortari fuerant, ut studium diligentiamque omnem ad emendanda Siciliae mala conuerteret; et SVRITA epistolas Clementis grauius hac de re scriptas p. 117. exhibet. Neque nihil effecisse eos, diploma Caroli 1276. datum a FAZELLO l. c. memoratum testatur, quo Carolus Herberto Siciliae Praefidi sub multa mandat, ut ministros frenet, et a rapinis stuprisque eos inhibeat, poenisque etiam deprehensos afficiat. At Franci effratres effecti, eadem et peiora, velut in mandati actorumque ludibrium, perpetrabant. Vnde ea secuta est noua legatio, cuius euentum NIC. SPECIALIS et FAZELLVS describunt. Conf. Epist. Panormitan. ad Messanen. aduersus Gallos, XIII. Apr. Indiēt. X. an. 1282 datam, in *chronico Sicil. ap. MARTENE Thes. anecdot. T. III. p. 26. seq.* et in LÜNIGII *cod. Ital. dipl. T. II. p. 977.* vbi per errorem ad an. 1268. refertur; ex qua, licet declamatorio sermone exarata, et fere tota ex S. Scripturae locis, parum ad rem apposite, confarcinata, quam graui sub iugo Siculi ingemuerint, tamen intelligi potest. Quod vero, ut hic legitur.

ge communicat; ac tametsi ille id primum reiecerit, tamen impellente Constantia uxore, et paternum Regnum ut affirmabat c) ab inuasoribus repetente, in eam penitus mentem

legitur, Pontifices Romani oppressionem Siculorum sine cura transmiserint, illud iis repugnat, quae paulo ante memorata sunt. Omnium autem maxime Siculorum calamitates quoad speciales circumstantias depinguntur in Panormitanorum epistola ad P. Martinum IV. *ibid.* p. 34. seq. legenda. Neque negat Gallorum cum Siculis agendi rationem minime probandam ex recentioribus BVRIGNIVS, ipse Gallus, *hist. gener. de Sicile, T. II. p. 188. 189.* exempla turpissimae lasciviae in feminas, qua nonnulli urbium praefecti vsi fuerunt, afferens.

c) FRANCKENSTEINIUS *l. citanda p. 631.* duplex fuisse Petri ius Siciliae occupandae existimat, primo nimirum ex uxore, Manfredi filia, uti etiam sentire videtur STRUVIUS *corp. hist. germ. p. 493.* qui verba viri fere coaeui ex *Speciali* adducit; dein ex eo, quod Conradinus ipsum heredem et successorem instituerit, projecta, cum supplicium subeundum esset, in medium chirotheca, addita declaratione, hac re ius suum a se in Petrum transferri, quam miles quidam arripens Regi tradiderit. Verum posterior haec narratio certiori testimonio repugnat. Primi eam scripto consignarunt ANEAS SYLVIVS *hist. Frid. III. pag. 38.* in SCHILTERI *S. R. G. et continuat.* MARTINI POLONI in EC-CARDI *corp. hist. med. aevi T. I. p. 1424.* quos plurimi recentiorum secuti sunt. Sed falso. PETRVS enim DE PRETIO *ad abort. ad Henricum III. Landgr. Thuring.* quod magni momenti opusculum Ampl. F. C. SCHMINCKIVS *b. Parentis notis illustratum 1745* edidit, §. 20. expressis verbis testatur, et Conradum IV. Germanorum Siciliaeque Regem in casum deficientis prolis ultima voluntate, sororem Margaretam heredem nuncupasse, et Conradinum, antequam cervicem ferro subiiceret, illud repetiisse. Nec praeter rem b. SCHMINCKIVS *praefat.* laudato opusculo praemissa: *Conradinum hanc, nimirum Constantiam, instituisse heredem, cuius pater necem pupilli huius solícite quaesierat, an credas? Extant pariter varia monumenta, in quibus modo*
dictus

mentem se induit, parauitque sedulo, quae necessaria forent.
Visum

dictus Rex causam suam perorat, at nunquam ex hoc capite Siciliam affectasse constat. Pariter censent GVNDLINGIANA P. V. p. 460-464. et MYRATORIVS *bist. Ital. T. VIII. p. 97.* valdeque miror; traditionem vulgarem adhuc reperiri in *tabulis Lobmeirianis, a b. GEBHARDI* studio tam accurato reuisis, P. I. tab. 26. conf. GIANNONII *bist. Neapol. L. XIX. p. 590. 591.* Patet hinc etiam error ELAVII BLONDI *dec. II. p. 297.* scribentis, Conradi testamentum a Manfredi suppressum, et conscios quoscumque veneno sublato fuisse. Errat denique COLLENTIVS, (cuius plures in hoc argumento errores notauit TENZELIVS *bist. Frider. Adm. in MENCKEN, S. R. G. T. II. sect. I. §. 14-19. init.) bist. Neapol. L. IV. p. 187.* quando Federicum Castellatum, amitae suae filium, a Conradino successorem designatum fuisse narrat, errore iis simillimo, quibus Conradinum cum Henrico fratre suo, tunc Senatore, et Regis Castellae germano, decapitatum fuisse scribit BLIN. SANDEVS *epit. de Reg. Sicil. et Apul. p. 24. edit. Freber.* et Siculas, vt nominant, Vesperas eo tempore, quo Carolus fratris Ludouici IX. filio Philippo in Africa contra Tunetanos pugnantem auxilium ferebat, accidisse innuit.

Falso enim ille Henricum, per confusionem cum Henrico Castellano Senatorem nominatum, Conradi IV. ex Fratere seniore Henrico nepotem, iam an. 1254. mortuum, vel Conradi fratrem iuniozem pariter appellatum, Conradini fratrem appellat, annoque 1268 superfuisse temere credit; Regis vero Castiliae Alphonsi X. frater Henricus, an. quidem 1268. a Carolo Andegau. captus, minime vero capitis damnatus fuit. cf. GVNDLINGIANA *l. c. p. 434. 437. 450.* Obiter noto, diem, quo Conradinus capite plexus fuit, licet a quibusdam, ex gr. GIANNONIO *l. c. p. 590. ex vers. b. LOHENSCHOLD 26. Oct. 1269.* designetur, sine dubio esse 6. kal. Nov. 1268. quippe quae computatio auctoritate RICOBALDI FERRAR. scriptoris fide dignissimi, *bistox. Imper. Rom. German. in ECCARDI Corp. bistox. med. aevi T. I. p. 1181.* nititur. Causam cur annus diuersimode indicetur, ex varia initii eius figendi ratione, medio aeuo vsitata deriuat b. H. B. PATRICK

Visum et Prochytae noua praeterea arcessenda praesidia. Viterbii Nicolaum Pontificem conuenit; impetratque assensum,

clef chronolog. et diplomat. p. 25. Neque quoad diem me turbat testimonium, quod ex PIGNORII *annotat ad ALBERT. MVSSATVM GVNDLINGVS l. c. p. 452.* affert; et ex quo mors Conradini in 5. Nov. 1268. referenda esset. Illius enim vim iam remouit HAHNIVS *bist. Imp. Germ. T. IV. p. 257.* Quantopere Petrus Rex in hanc caedem inuectus fuerit, eius epistola docet, qua ad literas Caroli, abitum ex Sicilia animo vehementissimo ipsi imperantes, respondet. Extant vtraeque literae ap. MARTEN. *l. c. p. 30. seq.* et in PETRI de VINIVS, *L. I. epist. 38. et 39.* constituunt; nisi forte de illis idem iudicium ferendum, quod de PETRI epistolis GVNDLING. tulit *l. c. p. 472.* consentiente MYRATORIO *l. c. p. 157.*

Quod ad priorem rationem pro iure PETRI a FRANCKENSTEINIO allegatam attinet, nescio, an Constantiae pater, si vel is Conradino superuixisset, iure satis certo ad Siciliam regendam adspirare potuerit, quo negato, et ipsius Constantiae nullum fuisse ius patet. Si quod pro iure Manfredi praesidium extare dicatur, id inde solum peti potest, quod ille a patre vltimae voluntatis tabulis, vtut nothus, vt probat KOBLERVS *comment. de Entio Sardin. R. p. 16. 17.* in eum euentum, si Conradus et Henricus filii sine posteris decederent, Siciliae heres institutus fuerit. Quae voluntas num per Conradi testamentum inuvalida fuerit facta, alii iudicent. Illud etiam mihi non tacendum videtur, donationem Conradini anno 1260. scriptam, qua omnes suas terras, in Germania et extra eam sitas, vbi ipse obierit, ad auunculum suum Ludouicum, Comitem Palatinum ad Rhenum et Bauariae Ducem deuolui praecipit, istiusque instrumenti confirmationem, an. 1274. a Rudolpho I. Germaniae Rege factam, reperiri in WÜRFELI libro inscripto: *Nachrichten zur Erläuterung der Nürnbergischen Stadt- und Adels-Geschichte, Vol. II. P. 2. nr. 79. 80.* vt indicant *N. Lit. Erlang. an. 1767. P. 14.* quibus monumentis ea, quae supra ex PETRO de PRETIO prolata sunt, de Conradini in Margaretam Misnensem voluntate, dubia quidem reddi videntur, non tamen certissime concidunt.

sum, et Aragonio Ius Regni Siculi d); tum Constantino-
polim praefectus, Michaellem Imperatorem iam apparatu
Caroli perterrefactum ad conspirandum cum Aragonio im-
pellit e); ita rem partitus, ut pecuniam Graecus, classem

d) Causam simultatis, quae Nicolao P. R. cum Carolo in-
tercessit, hanc affert FAZELLVS *D. Post. L. VIII. c. 4. p. 450.*
quod Caroli potentia Nicolao suspicionem mouerit, ipseque
cum Nicolao affinitatem contrahere recusauerit. Posterius ex-
plicat RICORDANVS MALASPINA *ap. MVRATOR. annal. Ital. T. VIII.*
p. 136. tradens, quod Carolus Pontificis agnato (non fratri,
vt dicit PAPIR. MASSONVS *annal. Franc. L. III. citatus BÜRGERO*
diff. de vesperis Siculis §. 28.) regiae stirpis puellam quandam
negauerit, dictitans, minus conuenire, vt familia Pontificis,
quippe cuius dominium iure hereditario non tradatur, cum re-
gia iungatur. Quinimo Nicolaus Carolum accedentibus aliis
inuidiae causis, permouit, vt vicariatu Hetruriae et dignitate
senatoria in vrbe Roma decederet. Conf. ad haec illustranda
IOH. WILH. HOFFMANNI *Ius publ. S. R. l. tempor. interreg. §. IX.*
not. l. m. b. BVDERI $\sigma\upsilon\mu\mu\eta\tau\alpha$ obseruat. et opusc. L. 1. p. 155-
157. et maxime Celeb. CVRTII, collegae coniunctissimi, com-
mentar. eruditos de Senatu Romano post tempora Reipublicae libe-
rae, p. 504-524.

e) MARIANA *L. XIV. cap. 6. p. 593.* refert conatus Prochytae,
semel atque iterum Constantinopolim profecti, ad Imperato-
rum Graecum in suas partes pertrahendum adhibitos. Ille ad
animum Michaelis reuocabat, quantum ipsi iam a Carolo classe,
iunctisque Gallorum opibus metuendum sit; exitium eius pa-
ratum esse. Optime sibi consulurum Palaeologum, si, exuta
socordia, non exspectaret, donec ipse bello impeteretur; hostes
proprio discrimine implicandos, Siculis solum ducem, non re-
bellandi voluntatem deesse. Quorum conatus si iuuerit, fore,
vt paruo labore has tempestates a se auertat. His inductus
Michael in belli sumtus aurum suppeditauit minime parce.
SVRITA tamen *l. c.* erogationem pecuniae in dubium vocare vi-
detur. Errat itaque FRANCKENSTEINVS in der Erläuterung über

et militem Hispanus sufficeret. Nec omisit Siciliam, principes ad defectionem inflammans, modumque tradens excutiendi imperii. Haec omnia mira calliditate et solertia obita, Franciscani veste operiente perditissimum caput, quam de industria vsurpauerat, ut Francos falleret; alioqui mirabilem in modum improvidos atque dissolutos, et temere supra fortunam suam praesidentes. Et vero summa dignum est admiratione, rem propemodum vulgarem, tot inter capita participatam, tribus annis continuis, latuisse Francos, nec ulla rima deprehensam banc lucem f); adeo caeca est confidentia,

des F. VON PUFFENDORFF Einleitung zur Europäischen Historie, P. I. p. 630. quando Marianam referre scribit, Michaellem respondisse Prochytae, se ipsius consilio exequendo remoram obicere nolle, suumque propositum silentio inuoluisse. Conf. DVCANGIVS *hist. de Constant.* p. 95. b.

f) Aragonius Metaplanem virum sacri ordinis multarum rerum vsu praestantem ad Martinum novum Pontificem mittebat, eius animum consiliaque exploraturum, tametsi legationis species erat, ut nomen Raymundi Pennafortii consecraretur. Sed renuit Pontifex, Petro infestus, quod vectigal Ecclesiae Romanae debitum negaret. Quae res Aragonium quidem deterere potuisset, sed timens, ne cunctanti casus aliquis obveniret, ad maturandam expeditionem inflammatus est. MARIANA *l. c.* p. 594. Philippo, Galliae Regi, sororis marito, per literas apparatus causam quaerenti, et si res contra Saracenos pararetur, auxilium offerenti, Petrus respondit, nondum sibi constare, quatenam Saracenorum regna adoriri praestaret; Francos vero non meliorem, quam subsidia nummaria elargiendo, opem sibi praestare posse. Hi ut pietatem testarentur, illico eorum viginti millia miserunt, multo maioris subsidii spe facta. BESOLD. *l. c.* 695. At Carolo haec tribuit FAZELLVS. SVRITA p. 118. refert, cum Philippus a. d. XIII. Cal. Iun. 1282. ex Petro iam navim, qua in Africam abiret, conscendere paranti, causam apparatus bellici per legatos quaereret, Fratris (sine dubio le-

dentia, testa et oculata cupiditas. Sed iam aderat designatus

C 2

tus

gendum: Agnati) Regis opes, si sacrum bellum apparet, pollicentes, hos responsum tulisse, bellum se suo consilio initum suis suorumque viribus executurum, non addita specialiori mentis expositione. Imo Regem eo tempore Rogerio Palliariensi Comiti, qui, cum ex ipsius proceribus esset, omnium nomine secreto ex ipso de fine expeditionis sciscitabatur, respondisse ferri: se laeuam manum abscissurum, si dextrae consilia et conatus exquirere auderet. Conf. RAYNALD. *A. E. T. XIV. ad an. 1281. n. 28. et FAZELL. l. c. p. 457. collect. Wechel.*

Quod de vectigali, ecclesiae Romanae negato, Mariana memorat, lucem accipit ex his HIERONYMI BLANCAE verbis, *commentar. rer. Aragonensium in Hispan. illustr. T. III. p. 659. Verum antea Petrum, ante nimirum, quam Caesaraugustae regiis insignibus ornatus, et oleo sacro vnctus fuerat, ipsum expresse, adhibita sollemni stipulatione, excepisse proditur, quod, tametsi Regalia sibi, ea, quam recensuimus, forma, imponerentur insignia; nequaquam se ob eam causam iuri suo in aliquo velle abrogare, vt ab ecclesia Romana, neue per eam, neue contra eam, vlllo vnquam tempore, illa se suscepisse induceretur. Quibus ad ea respicitur, quae se facturum, Petrus II. Romano Pontifici stipulatus fuerat. Vid. SCHMAVSI *corpus iuris gentium, T. I. p. 7. T. II. p. 2156.* Idem vero BLANCA recte intelligendus est, quando publicae Siculorum legationis, post perpetratam Gallorum caedem ad Petrum missae, omissa ea, quae antea facta fuerat, meminit. Non enim ita res accipi debet, ac si nullum plane antea Petrum inter Siculosque agitatum fuisset consilium de insula Regis imperio subiicienda, sed necessario de ea expositione consilii, coram Rege facta, accipitur, quam Siculi maturandi auxilii gratia iam non omittere debebant. SVRITA *l. c. p. 116.* expresse testatur, Siculos 1281. auxilium viresque Petri Regis implorasse, continuo obrestantes, vt expeditionem maturaet, priusquam clandestina consilia efferantur; hinc Regem, cui, praeter supra memoratum Conradum Antiochenum, inter proceres Italiae insignes in Etruria et Gallia Cisalpina*

viri

tus facinorosi dies; nempe ipse Paschatis, vel ab ipso primus aut secundus, religiosissimus Christianis, et maximo laetitiae sensu celebratus, cum a meridie, campanis ad vespertinas preces pulsatis, furor tam diu compressus, ceu signo dato, Panormi primum; et continuo per uniuersam insulam erupit. Duces coniurationis, adiuncta plebe, proclamantes Francorum tyrannidem extirpandam, eos primum, qui in vicis aut compitis occurrebant, confodiunt; tunc in singulorum aedes inuadentes, nulla sexus aut aetatis ratione, promiscue viros, infantes, senes, matronas, virgines, furore insano conficiunt, miseratione omni restructa. Et eo profecta est caedentium rabies, ut ipsas etiam matronas Siculas, quae Francis nuptae conceptum utero foetum ferrent, ipsi affines inaudita barbarie ferro mactauerint, uterumque ad extrahendum partum secuerint. Immo in aedes sacras ac religiosas dira vesania penetrauit; qui Fran-

viri profixe de sua opera polliciti fuerant, classem ingenti apparatu adornari imperasse, tanquam rebus Constantiniensibus opem laturum. Boqueron enim, Constantini Africae populi regulus, Bugiensis Regis F. auxilia regia aduersus fratrem implorauerat, Constantinam urbem Regi traditurum pollicitus. Pergit SVRITA, nouum Legatum, Galcerandum Thimor, a Rege Romam missum, Pontifici M. denuntiasse, classem instructam ad Saracenis Africae bellum inferendum; poposcisse Legatum, ut subsidia sacra in sumtus bellicos conferantur, regnum absentis Pontifex de more defendat, decumarum pecuniis ex Aragoniae regno corrogatis in eos sumtus opituletur; at Pontificem palam testatum, Petrum Carolo Regi insidias periculumque struere, nihilque aliud respondisse. Vbi denique caedis Gallorum Panormi factae SVRITA meminit, quam tumultuario, sine ducibus certis, sine imperio commissam dicit, totius nobilitatis et iuuentutis signiferos Palmerium Abbatem; Alaimum Leontinum, et Gualterium Calatagironium confiliarios et autores nominat.

ci ministrabant altaribus a Collegis suis perempti sunt; Religiosi Sanctorum Benedicti, Dominici ac Francisci adscripti familiis, a fratribus suis interfecti crudeliter: ut iam nullo humanitatis, affinitatis aut religionis vinculo, in odiosam gentem cuncti saeuierint. Ita duarum horarum spatio per insulam Franci ad octo millia interfecti, et carnicina saeuissima per fontes et insontes grassata est: expuncta quidem sanguine foeditate libidinis, sed maiori crimine, cum scelus infra poenam foret. Vnus Lotbi instar, ab dira strage seruatus est, et virtuti suae donatus, Guilielmus Porcelletus in Prouincia Phocensi nobilis, quem Mamertiui venerandum morum probitate, ereptum periculo, nauis imposuerunt securum tot inter funera, quem inermis virtus stiparet. Similem in modum rem narrant ceteri Galli, e quibus nunc ad manus sunt Mezeray dans l'Abregé de l'Histoire de France, tom. I. pag. 472. et Daniel dans l'histoire de France tom. III. pag. 222. in hoc tamen a Buffierio diuersi, quod causam percipuam cladis, libidinem et incontinentiam Gallorum, non, vt Buffierius facit, fatentur, sed, quia tamen negare non poterant, saltem dissimulant ac silentio inuoluunt. Omnes in eo conueniunt, fidem illam, qua Siculi per tres annos secretum seruauerint, et incuriam Gallorum, qua nihil eis de tam diuturna et vniuersali coniuratione inoluerit, miraculo esse. Verum, ne quid dissimulem, propter hoc ipsum miraculum mihi tota istam Gallorum narratio semper suspecta, quin incredibilis visa est. Nullum in tota historia exemplum simile reperitur. Succurrit equidem memoriae, quod ante Christum natum, florente rep. Romana, Lucio Cornelio, Q. Pompeio Coss. octoginta millia Romanorum vno die per totam Asiam fuerint trucidata. Verum hoc Mithridatis, qui Asiae tum imperabat, iussu

factum, atque hic iussus paucis ante executionem diebus Asiae incolis significatus, et minae quoque, si quis non paruisset, adiectae erant. Vide totam hanc historiam, ex fontibus suis collectam, in *Freinsheimii Supplementis Liuianis*, lib. 78. cap. 7. seqq. Nec nuptiae Parisinae, nec regni Lusitanici mira conuersio, quae in medio saeculo superiore fere sine sanguine contigit, quidquam, quod huc trahi possit, habent. Sed quamquam de veritate facti dubitarim semper, dubia tamen et suspiciones meas in medium proferre ausus nunquam sum, quod vnanimi auctorum consensu me victum autumarem, et, quod aliquos facere video, ex insulta (*) incredulitate laureolam mihi quaerere nollem. Tacui ergo, et, quando sermo de hac vespera Sicula incidit, alios praecedentes secutus ipse quoque: miraculum! vociferatus sum. Tandem lectio *Tomii VIII. scriptorum Italicorum*, a *Muratorio* editorum, me confidentiorem fecit. Inter scripta huius tomi tertium decimum locum tenet Ricordani Malespini *Historia Florentina* ab initiis vrbis ad annum 1281. Italice scripta, cum continuatione Iachetti, ex Francisco fratre Ricordani nepotis, ad annum 1286. pariter Italice. Hic Iachettus, dum cladem Siculam Gallorum refert, nihil de conspiratione habet, sed solos Palermitanos, nihil tale cogitantes, et sacris obeundis intentos, eiulatione feminae, quam Gallus impudice contrectabat, excitatos occurrisse, manum cum Gallis, populari suo suppetias ferentibus, conseruisse, in hac pugna vnum ex Palermitanis, Gallos omnes deleri oportere, proclamasse, id consilium repente ceteris Palermitanis placuisse, Gallosque omnes praesentes neci datos, Siculos vero reliquos, accepto ab his ipsis, qui stragi Palermitanae interfuerant, nuncio,

(*) legend. inconsulta vel insulta.

nuncio, ac ab iisdem concitatos et inflammatos, similiter in Gallos omnes apud se repertos, ac genti Sicalae propter immania flagitia iamdiu exosos, impetum fecisse eosque trucidasse narrat. Hoc coaeui Scriptoris testimonium dubiis meis de fide historicorum Gallorum in hoc capite multum ponderis adiecit. Sed Iachettum tamen falso rumore decipi potuisse, et vnum ceterorum consensu vinci ratus, communem opinionem deserere nondum ausus sum, donec in *Diarium eruditum Parisiense*, IOVRNAL DES SCAVANS, *anni 1733. mensis Aprilis* inciderem, in eoque excerpta ex Muratorii Tomo VIII. legerem. Ibi collectores, doctissimi ceteroquin viri, pag. 492. seqq. narrationem illam Iachetti, tanquam rem singularem, quae in aliis auctoribus non reperiatur, obseruant et notant: *Nous n'avons rien trouvé de singulier dans l'Histoire de Ricordano, mais il est remarquable que Iachetto son Continuateur parle des Vepres Siciliennes non comme d'un complot prémédité, mais comme d'un pur effet du hazard. Il raconte, que le Lundi de Paques tout le peuple de Palerme allant, suivant la coûtume, en devotion a Montreal, qui n'étoit éloigné de la ville que de trois mille, un François voulut faire violence a une femme; qu'aux cris qu'elle fit les Siciliens déjà animés contre les François, accoururent en foule. On en vint de part et d'autre aux mains; et quelqu'un ayant crié qu'il falloit faire perir tous les François, aussi-tot on fit main basse sur eux; il ajoute que les Barons étant rétourné chacun dans leur terre, suivirent cet exemple. Que ceux de Messine demanderent quelques jours pour s'y déterminer, mais qu'enfin vaincus par les instances des Palermitains, ils tomberent sur les François avec plus de fureur que les Palermitains même n'avoient fait. Haec ipsa nota me curiosiorem fecit, et, vt accuratius quaerem,*

rem, num quis idem cum Iachetto dixisset, mouit. Et repperi, Iachetti narrationem in ipsa recta ratione fundatam, testimoniisque grauissimorum auctorum et diplomatibus principum suffultam, verissimam, contra Gallorum relationem fabulam meram, ac fide indignam et conseruandi honoris sui causa excogitatam fuisse. Testem adduco locupletissimum, *Thomam Fazellum*, Siculum ipsum, et historicorum Sicularum principem, qui tertio quidem post illam Ianienam saeculo vixit, sed nihil tamen temere scribit, verum omnia sua, et hanc maxime historiam, ex monumentis certissimis sumit. Is igitur in *Decadis posterioris lib. 8. c. 4.* praemittit primum vulgarem illam Gallorum de coniuratione totius Siciliae, et silentio triennali fabulam, eiusque fundamentum in frequentiore Scriptorum auctoritate, et fama per manus ducta ponit, deinde haec subiicit: *In plerisque vero Sicularum annalibus, et Siciliae regum Petri praesertim secundi Siciliae regis, diplomatibus, ac etiam non spernendis auctoribus, consternationis initium a Panormitanis ortum legimus. Cum etenim tertio Dominicae resurrectionis die, qui eo anno penultimus (*) Martii dies fuit, ad templum Sancti Spiritus Sexcentos ferme passus in meridiem obuersum Panormo recedens (etsi ad Montem regalem quidam falso scripserint) Panormitanorum frequentia religionis causa de more, qui ad meam usque aetatem solenni obseruatione manauit, conuenissent, Francos ibi, qui magistratus gerebant, iussu Ioannis S. Remigii urbis praefecti causa scrutandi, si quis cum telo esset, etiam matronas virginesque excussisse, licentiosiusque peruentasse mulierum sinus, accepimus. Quorum vnus, cui Drohectus erat nomen, cum in quandam mulierem nobilitate insi-*

(*) legendum: vltimus.

guem g) manus iniecisset, Panormitanorum in unum concurrentium subita ira lapidibus primum obrutus; mox eadem seditione armis ex urbe correptis, Franci omnes per plateas sine discrimine caesi, saevae libidinis et diu toleratae crudelitatis poenas dedere. Inde vero ad Ioannis S. Remigii (qui praerat) arcem impetu facto, Panormitani, effractis ianuis irrumpentes, quotquot in ea illius nationis inuenere, trucidarunt. Ioannes ipse in facie vulneratus, rustici habitum mentitus, noctu equester Bicarum oppidum profugiens, eum quidem furorem euasit; sed Panormitani, qui interea Rogerium de Magistro Angelo urbi ad plebem in officio continendam praefectum constituerant, caesis domi ad quinque Francorum millibus, una cum Caccabensibus Ioannem S. Remigium persecuti, sagittis petunt, ac denum interficiunt. Fama Francorum caedis per vicina Panormo oppida delata, Caritionenses Gallos omnes, qui in eorum oppido erant, una hora peremerunt, foedusque cum Panormitanis inierunt. Peractis his stragis Gallicae primordiis, Panormitani tres acies instruunt. Quarum unam Cephalcedim versus, alteram Ennam, tertiam Calatimim mittunt, Siciliam omnem ad idem facinus excituri

g) Hanc fuisse Rogerii de Magistro Angelo filiam, cuius pater cum marito accurrens Gallos trucidandos exclamauerit, notat BVRIGNIVS, l. c. p. 188. Ioannis S. Remigii mandatum ex suspicionibus Gallorum, quas contra Siculos conceperant, ortum traxisse recte obseruat IOH. FERRERAS *hist. Hispan. Vol. IV. p. 383. vers. german.* qui tamen adhuc fabulae de consilio contra Gallos iam dudum capto assentitur. Idem non dissimulat, viros sacri ordinis Panormi degentes, cum reliquis ciuibus manus Gallis iniecisse. Quae dein de Ioh. de S. Remigio a Fazello dicuntur, in quibusdam a narratione Maurolyci infra exhibenda differunt.

turi h). Qui Calatafimim venerunt, a Guilielmo Porcelletto Prouinciali genere, ob probitatem suam, caeteris Francis interfectis, abstinere, incolumemque in patriam dimisere. Ea inde voce Siciliam omnem peruagante ac militibus per oppida discurrentibus, a nullo Franco temperatum est. Herbertus Siciliae Praeses, qui Messanae adhuc erat, auditis Panormitanae urbis motibus statim per milites, quos in praesidio paratos habebat, ciuitatem in fide continuit, classemque nouem triremium milite instructam, cui Riccardum de Riso Ducem praefecit, ad obsidendam Panormum misit. Quam Panormitani contraria classe adorti facile fugarunt. Adiuuit magnopere Siculorum causam Orlandus de Milia, Panormitanus Miles, qui cum sub rege Carolo Sicilia exulasset, tempore defectionis Panormum rediit, et acerrime in Francos saeuit, ac postmodum Petri et Friderici Regum fidem fortiter contra hostes tutatus est. Herbertus cognito Panormitanae aciei ad Tauromenium (quod sub Carolo adhuc stabat) aduentu, milites ad instum numerum cum Michelotto Gatto genere Franco eorum Duce ad Panormitanos profligandos eo confestim emisit. At Siculi magna vi oppidum adorti, pluribus Francorum caesis, capiunt, Michelotto cum paucis in arcem Scalettae primum, ac deinde Messanam ad arcem Griffoni incolumi sese recipiente. Interea cum Franci Messanae petulantius se haberent, Messanenses ira tandem et ipsi conciti contra exurgunt, et Herberto praeside in Griffoni arcem primum, mox inde ad Catanam fugato, Duce Bartholomaeo Marscallo,

h) Singulares circumstantias, quae, dum Panormitanos imitantes reliquae vrbes in Gallos insurgabant, euenerunt, affert BVRIGNIVS l. c. p. 188. 189. vbi maxime causa, quae Catanenses in Gallos excitauit, quippe causae Panormitanorum similitudo, notari potest.

*Scallo, viro populari, vigesimo nono Aprilis die in Francos omnes irruunt ac saeuunt, et quotquot in occurso deprehendere, vna cum Michelotto, et qui cum suis in arce erant, trucidant; deiectisque Caroli insignibus, crucis vexillum insigne ciuium erigunt, Panormitanisque patratum facinus ordine nunciant, et cum eis foedus ineunt. Haec narratio, in domesticis Siculorum annalibus regiisque diplomatibus innixa, nihil incredibile, nihil absurdum, sed speciem maximam veri habet. At, quod Galli nar- rant, Siculam plebem de constituta in vnam vesperam Gallorum caede certiore redditam, sese per totum trien- nium in hanc armasse et parasse, ac tam sancte silentium seruasse, vt nullus vel beneficiis, vel cognatione vel affi- nitate, vel amicitia, vel misericordia, vel praemiorum et dignitatum spe ad iudicium Gallis faciendum moueri potuerit, denique Gallos ipsos tam coecos et vecordes fuisse, vt mussitantes inter se omnis generis homines, arma expedientes, caedem vniuersalem machinantes, nec viderint, nec audiuerint, nec quidquam mali, antequam telum corpore reciperent, suspicati sint, hoc supra fidem humanam est. Desinant ergo, quotquot verum amant, Siculis porro caedem insidiosam, quam Galli illis adfin- gunt, imputare, sciantque, stragem Gallorum, quae anno 1282. in Sicilia contigit, nulli conspirationi ac de- liberationi, sed irae, vltioni ac virtuti Siculorum adscri- bendam, nec vna vespera, nec vno die factam esse, Gal- los autem, luxuria diffuentes et emollos, ac propterea imbelles, de defensione non cogitasse, sed meritissimas flagitiorum suorum poenas dedisse. Ad ea, quibus ve- sperae Siculae fabulam everti, argumenta nouum deinde accessit, quod mihi omnium firmissimum videtur. In- cidi nempe in *Petri de Marca Marcam Hispanicam*, a Ste-*

phano Baluzio post Marcae mortem anno 1688. editam, egregiisque accessionibus locupletatam, inter quas accessiones principem locum merentur *Nicolai Specialis libri VIII. Rerum Sicularum ab anno Christi 1282. usque ad annum 1337.* tunc primum ex veteri Codice MS. bibliothecae regis Galliarum editi, et *Marcae Hispanicae pag. 598. seqq.* ac deinde a Muratorio *Scriptoribus Italicarum Rerum* tomo X. inserti. Equidem, ne quid diffimulem, ego istos Specialis commentarios in Marca Hispanica, ad quam illi fere nihil faciunt, non quaesuissem, sed tamen Baluzio, quod illos, quamvis in loco non conueniente, conseruauit, gratiam habeo. Huic auctori, qui et Siculus fuit, atque res gestas, quas describit, ipse vidit, et cui praeterea, tanquam ministro regis et ad Pontificem legato, archiua publica patuerunt, fides debetur eo maior, quod secundum Baluzium etiam Thomas Fazellus, quaecunque de rebus horum temporum scripsit, omnia a Speciali accepit. Hic Specialis rem omnem accurate narrat, ac caedem impetu ortam, non vna vespera absolutam, sed per integrum mensem tractam, dicit. Sed, quia Marca Hispanica rarius in Germania reperitur, ego integra libri 1. Cap. 2. 3. 4. quibus Specialis stragem Gallicam describit, hic adpono: *Dum regnaret olim in Sicilia Carolus Comes Prouinciae de regia stirpe Francorum, coeperunt ministri eius agere insolenter cum Siculis, inaudita vectigalia imponere, intolerabiles obuentiones exigere, inuita nobilium Feminarum et diuitum iubere coniugia, viros innoxios alios morti tradere, alios in squalorem carceris trudere, alios deportationibus et longis exiliis destinare, multisque vel religionis causa reuerentia dignis, vel aetate grauibus, vel auctoritate verendis, actualibus etiam contumeliis nullo vulgi discrimine insultare. Quae omnia et gra-*

graviora quidem, ut arbitror, patienti animo Siculi tollerassent, nisi, quod primum cunctis dominantibus cauendum est, alienas feminas inuasissent; Diu quidem extorsiones, exilia, carcerum deportationes, aliasque illatas viris iniurias gesserant Siculi pauide murmurantes. Postquam vero coepit Zelotypiae furor amantium corda percellere, factum est murmur impavidum inter plebem, et ideo iniquitatis causas insinuare absenti Regi per nuncios conuenerunt; qui vel occulto Dei iudicio prohibente vel facto, quod plurimum corda subiectorum exasperat, nec se videri patiens, nec affatibus attentari more surdae aspidis, quas impias erga subditos esse non expedit, aures regiae dignitatis obstruxit; neque solum perniciosos viros corripere non curauit, quin etiam incolis regni deteriora comminans, ipsos nuncios contumeliis prouocatos eiecit. Sed ne quid inexpertum remedii contra inhumanitatem illam Sicularum afflictio reliquisset, ante tribunal communis patris Romani Pontificis Martini, qui tunc in sede apostolica praesidebat, in confessorio publico per dominum Bartholomaeum Pactensem Episcopum et fratrem Bon. Joannem de Marimo de Messana de ordine Praedicatorum legatos eorum, viros utique auctoritate venerabiles et prudentiae titulis praeditos, quales per uniuersam Siciliam tunc eligi poterant, causam studiose proponere decreuerunt. Ex quibus venerabilis Pactensis Episcopus, amore iustitiae nil metuens, impetrata referendae legationis licentia, Rege praesente, miserere mei fili David, filia mea male a daemone vexatur, incepit, oppressiones eorum seriose retulit, Regemque ab iniustitia coerceri laudabili magnanimitate poposcit. Quis autem fuerit ipsius legationis exitus, quicumque legit, intelligat. Opere quidem, non uerbo, responsum est. Discedentibus namque legatis a conspectu summi Pontificis, iniecerunt ministri

violentas manus in illos, et, quamvis Episcopus corruptis pretio custodibus per fugae remedium euasisset, nihilominus frater Bon: Iohannes squalore carceris et inedia maceratus longo tempore poenam dedit. Redierunt ergo in Siciliam, qui euadere potuerunt, illis donati muneribus, et, quod eis pro legatione contigerat in ciuitate Messanenſium publice retulerunt. Quamquam super iis alii venientes Neapoli afferuerunt, Carolum Regem indignatum propterea contra Siculos depopulaturum esse hanc insulam ea classe multiplici, quam se struere afferebat contra imperium Romaniae, ipsamque daturum exteris nationibus aut in praemium, aut in praedam, quod accrescente fama relatibus vnusquisque ratum esse conceperat, cum de ipsius Regis Caroli et suorum vulgata crudelitate pensabat. Anno itaque incarnationis Dominicae MCCLXXXII. postquam Siculis visum est, nihil ultra superare remedii, Nullo communicato consilio, desperationem amplexi sunt, singuli pro salute, vt sequentis facti euidentia demonstrauit, et Panormitanis causam ex modico initiantibus non sine terribili superni iudicis formidando iudicio contra ipsius regis Caroli dominium rebellauerunt. Quamquam si velimus operi verum ab effectu nomen imponere, non fuerit haec simpliciter censenda rebellio, quinimmo intolerabilium iniuriarum repulsio, acerbae mortis effugium et expiatio flagellorum. Nam die tertia resurrectionis dominicae, cum Panormitanae mulieres basilicam Sancti Spiritus extra urbem cum viris eorum suo more antiquo reuiserent, huc delata Gallorum insania portitores armorum quaerere simulabat. Sub quo praetextu quidam plus aliis furore vitiosae libidinis forsitan excaecatus in vnam ex mulieribus illis temerarias manus iniicit, atque asserens, eam pugionem viri sui sub vestibus abscondisse, temerarius illam in utero titillauit. Non tulit ulterius

rius vir aspectans uxoris pudicitiam attentari; sed ausus est Gallorum caedem voce mixta doloribus exclamare. Nec mora. Tunc Panormitani omnes, quod conceperant, operi se accingunt, quasi vocem illam coelitus accepissent. O mira sententia summi Patris, qua subito per plateas et vias ciuitatum et terrarum Siciliae dudum elata Gallicorum potentia conculcata est! Tantus enim Gallis et Prouincialibus, qui in insula reperti sunt, metus incutitur, ut etiam immensa castra, quae humani generis virtus ferro aut ingenii expugnare non posset, nullo impetu laceffiti, nullaque obsidione vallati deserunt, pluresque ex eis non seruatim gradibus descendendo profilientes, ex aliis moenibus sese in hostiles manus praecipites dederunt trucidandos, velut eos coelestia numina impugnarent. Ex quo factum est, quia gladius regiae ultionis nocentes feriri contempsit, ad ultimum omnes suos nocentes cum innocentibus turba rapax inuoluit, qui nondum expleto mensis curriculo vniuersam insulam ab ipsius Regis dominio penitus abdicauit. Tunc Siculi capitaneos sibi praeficiunt, eorumque dominatum communitatem appellant; Romanos in hac parte sequentes, qui post eiectam Tarquini Regis superbiam, sibi annales praefecerunt. Hucusque Specialis, ex cuius et Iachetti coaevorum auctorum, nullam plane stragis in vespera Sicula generaliter factae mentionem facientium, narrationibus apparet, fabulam hanc tunc nondum fuisse cusam, sed, si non integro saeculo, saltem totis quinquaginta annis interiectis recens confictam.

ADDITAMENTA.

§. I.

*Leyseri
sententia
pluribus
testimoniis
confirma-
tur.*

Exhibito scripto b. LEYSERI, quo narratio vulgaris de vesperis Siculis falsitatis arguitur, non displicebit, alia quaedam, pari ratione ex fontibus petita, hic legi, quibus veritas eorum, quae LEYSERVS attulit, insigniter adhuc confirmatur. Ita enim *Anonymi Chronicon Siciliae in Z. X. P. V. Thesauribist. Ital. P. Burmanni*, (quod idem est cum iam supra ex editione Martenii adducto) cap. 38. p. 18. *Quo Conradino cum suo exercitu sic debellato et interfecto, et eodem Rege Carolo tenente dictum regnum, quia idem Rex Carolus et sui officiales erant seuerissimi et crudeles contra Siculos, accidit quod quodam die Martis, qui est infra primam hebdomadam Paschae dominicae resurrectionis, et qui fuit dies ultimus mensis Martii X. Indictione, anno a natiuitate Domini 1280. *) anno regni in Siciliae XVII. Ierusalem (in quod regnum Maria Principis Antiochiae vxor ius suum ad Carolum transmiserat, vt not. a. dixi,) vero anno VI dum Panormitanenses erant celebrantes dies paschales Domini extra ciuitatem Panormi, in plano Ecclesiae S. Spiritus existentes in tenimento (forte praedio vrbano, vti vocem Tenementum, in Anglorum monumentis obuam explicat DV FRESNE glossar. h. v.) Panormi citra flumen, admirati aliqui Panormensium praedictorum, incoeperunt clamare: Moriantur Gallici, moriantur Gallici. Et sic insurrexerunt omnes Panormitani aduersus dictos Gallicos et interfecerunt Gallicos ipsos, et officiales ipsius Caroli. Et sic rebellantes de subito, sicut Domino placuit, contra ipsum Carolum, cum nulla praeueniret exinde aliqua prouisio.*

Chro-

*) hic error in computatione indictionis deprehenditur, si haec res ad an. 1280, referretur, vnde patet, legi debere 1282,

Chronicon Francisci PIPINI in MVRATORI Rer. Italicar. Scriptor. Tom. IX. p. 686.

Porro deficientibus, qui Regnum Siciliae ab extrinseco impeterent, Regnicolis aeris, et rerum, et collectarum onera inferuntur. Multi quoque proditionis notati crimine seueriter affliguntur. Stupra et adulteria in Siculas committuntur a Francis. Quo iniuriae genere plus ceteris Siculi ad vindictam animati, potissime cum querelis eorum nec querelantibus aditus pateret, nec auditionis ianua praebetur; ex quo patrantibus huiusmodi scelera impunitate talium magis crescebat audacia, calamitosi Siculi, ultionum eos Domino animante, festis diebus Dominice Resurrectionis, Anno scilicet Dominice Incarnationis 1282 qui fuit Annus Regni eius XVI ab ipso Rege Carolo iugum excutientes, primo descuerunt, occisis omnibus Francis, qui erant in Regno. Monachi quoque eiusdem gentis casum similem experti sunt. Mulieres etiam Siculae, quae ex Francis conceperant, euacuatae sunt ferro dissectis uteris.

Retuli scriptoris huius locum, quia ibi saltem nullius consilii a tota gente capti, diuque latentis, mentio fit.

Franciscus MAVROLYCVS Sicanicae Historiae lib. IV. ap. BURMAN. l. c. T. X. P. IV. p. 172. 173. *) Longum enim esset memorare, quibus vectigalibus, quibus tributis, quibus extorsionibus, quibus decretis, quam duris legibus, Carolus non Rex, sed tyrannus Siculos oppresserit, per annos 17 mensesque 3. Omitto exilia, vincula, cruces et supplicia, non virginum, non matronarum pudor, non religio tuta erat ab iniuria. Cumque venisset annus postremus, qui fuit humanae Salutis 1282, praefecti fuerant Siculis pro Carolo Herbertus Aurelianensis Vicarius: Ioan-

E

nes

*) qui scriptor recentioris quidem aevi, at domesticus et optimis subsidiis vsus est;

nes de S. Remigio Iustitarius Panormi et Vallis Mazariae: Thomas Bisantius Iustitarius Vallis Noti. Incidit eo anno paschae festum ad diem 29 Martii: dieque a festiuitate 3. qui fuit dies Martis et Martii mensis postrennis: egressis de more Panormitanis ad aedem S. Spiritus, in ipsa populi frequentia, Gallus quidam (cui Droetto nomen) cum puellae cuiusdam sinus lasciuia manu perscrutaretur, explorans, armare viri sub veste celaret contra praefecti decretum: non tulit hoc dedecus puellae, qui aderat, maritus, ac primum arrepto Galli gladio, quem a tergo suspensum ferebat, ipsummet gladii Dominum Droettum conficit. Ad quem casum, exorto clamore, impetus fit in Gallos: quorum ducenti ferme in eo campo perempti sunt. Tumultus in urbem penetrat. Gallici generis homines promiscui sexus caeduntur. Irruitur in arcem Iustitarii, fractisque postibus, famuli necantur. Pontificium et Caesareum nomen clamatur. Rogerius de Magistro Angelo ciuis Reipublicae praeficitur. Iustitarius a Vicario in arcem admittitur: postridie, implorato frustra rusticorum auxilio, post irrita pacta, in arcem compulsus, deditioe facta, tum a Caca-bensibus *) sagittatur ac trucidatur. Tum vero absque rumore Galli ad necem expetuntur ac vestigantur. Non sexui, non aetati parcitur. Necantur mulieres e Gallis grauidae: et nondum nati infantes utero extracti perimuntur.

§. 2.

Ex recentioribus
vidam
ariter
nserunt.

Neque defuerunt ex recentioribus, qui iam ante LEYSERVM, auctoritate fontium nixi, caedem Gallorum non communicato consilio, sed quasi casu factam, eiusque initium in Panormitanos coniiciendam esse memorant.

*) haec vox, quae et apud FAZELLVM reperitur, quid sibi velit, edoceri velim.

rant. Ipse MARIANA, quamuis vno temporis momento factum fuisse tradat, vt tota insula omnes Galli e medio tollerentur, subiungit tamen, ab aliis idem affirmari, quod auctores a LEYSERO excitati asserunt, Siculosque, (quod vero not. f. expositum) tum demum Aragoniae Regem ad opem ferendam sollicitasse. Pari modo procedit PAVLVS AEMILIVS *de rebus gestis Franc. p. 233.* idemque sine dubio innuunt verba SVRITAE in fine not. f. adducta. Neque MARINEVS SICVLVS *l. c.* dissentit, quippe qui nullam diei facinori constituti, aut signi, quod per vniuersam Siciliam classici instar vnumquemque in Gallos concitare debuerit, mentionem facit. Vnde non temere SCHVRTZ-FLEISCHIVS, magnae in discutiendis controuersis historicis auctoritatis vir, *charact. euentuum ad decidendas controuers. ill. p. 1056. oper. histor.* FAZELLI testimonio nixus, Petrum ab imputato crimine, quod vesperarum Sicularum auctor fuerit, absoluit; (quamuis abs re affirmet, Siculos caedem commisisse, vt Petro ipsorum fidei prudenter diffidenti, suum in Gallos odium testarentur). Licet enim Siculi consilia sua abiiciendi Gallici imperii cum ipso communicauerint, non tamen velut certum praeuidere poterat, tot hominum sanguine noui regni principium iniciandum esse. Ex recentissimis BVRIGNIVM nomino, qui *l. c. p. 190.* saepe memoratam fabulam explorat, et quae ei annectuntur de Prochytae artibus in excitandis Siculis narrationes, absurdas vocat. Illud adhuc moneo, frustra argumentum pro confirmanda vulgari traditione peti ex epistola ipsius Prochytae de hac causa ad Martinum Papam exarata, quam CAMERARIVS *hor. subciscent. III. c. 89. p. 334.* indeque BESOLDVS *l. c. p. 706.* exhibent, qua Siculos omnes *vno consilio* aduersus Gallos arma sumsisse refertur. Non indicat CAMERARIVS, vnde

haec epistola desumpta sit; mihi certe stylum recentiorem redolere, nullumque adeo momentum afferre videtur. Et si dare vellem, esse illam minime suspectae fidei, haec verba *uno consilio* non plane innuunt, illud perimendi Gallos consilium inuicem antea communicatum fuisse, sed non incommode explicari possunt, quod reliqui exemplum consiliumque Panormitanorum secuti, factum illud patrauerint, *victis*, vt BOXHORNIVS *Hist. Vniu.* p. 805. loquitur, *funestum*, *victoribus haud honestum*, prout multitudo, ad extremam indignationem prouocata, omnique iniuriarum genere oppressa, modum adhibere nescit.

*Traditioni
vulgari
aliquid ve-
ri inest.*

§. 3. Interea nolim ea fabulis adscribere, quae de apparatu Petri Aragoniae Regis, Siciliam petituri, eiusque expeditione, quam in speciem Africam versus susceperat, referuntur, quippe fide auctorum coeueorum satis sententia. Ita enim PTOLEMAEVS LVCENSIS, *annal. ad an.* 1281. p. 967. *Biblioth. P. Max. T. XXV.* *Isto anno Rex Arragonum apparatus facit, quem Martinus Papa suspectum habuit, (hoc insinuante sibi Domino Carolo) unde literas sibi direxit, quod de dicto apparatu ratiocinari volebat. Cui Rex Aragonum, quod negotium sic erat priuatum et occultum sibi, quod, si sciret, manum vel linguam hoc vellet reuelare, amputaret eam: nihilque ab ipso plus habuit responsionis. Anno 1282. Siculi rebellauerunt contra Regem Carolum, occisis multis Gallicis, propter iniurias et violentias, quas faciebant in terra, fauente Domino Petro, Rege Aragonum, — Huius etiam rebellionis causa fuit Paleologus contra Regem Carolum, qui ad suum imperium auferendum multum aspirabat: quod quidem Paleologus fecit, quia audiuit, Regem Carolum, non obstante concor-*
dia

dia Graecorum cum Domino Papa, procurasse cum Papa Martino, ut dictus Paleologus tanquam excommunicatus, et scismaticus Ecclesiae pronuntiaretur in Consistorio. Refert deinde, quia ratione Petrus eodem anno, antequam caedes Gallorum in Sicilia committeretur, Africam cum classe profectus, ablatis inde spoliis redierit in Sardiniam, ubi naues denovo rebus necessariis instruxerit; vnde Panormum delatus, Carolum coegerit, ut ab obsidione urbis Messanae recederet, isti que per literas admirationem testanti, quod has terras intrasset, responderit, has ad ipsum ex iure vxoris magis pertinere; ubi sine dubio inuuntur documenta, supra not. c. memorata. GVILL. DE NANGIACO gest. Philippi III. G. R. in DV CHESNE Script Hist. Franc. T. V. p. 538. 539. Circa idem tempus (an. 1281. prout hic autor numerum ducit) Petrus Aragoniae Rex, vxoris suae Constantiae Reginae arte callida circumuentus, quae se haeredem regni Siciliae faciebat, assensum dedit Siculis, qui contra Dominum suum Regem Siciliae Carolum conspirauerant, si aduersus ipsum et gentem suam insurgeret, pro posse suo eosdem iuuare fideliter et tueri. Sed totius boni impeditor diabolus ita commouit Siculos, hortatu et consilio Reginae Constantiae, Petri Aragoniae vxoris, quod statim de Aragonia reuersis ipsorum nuntiis tyrannidem arriperent contra gentem Regis Caroli Gallicanam. Nam succensi rabie Panormitani et Messanenses rebellionis spiritum assumentes, Gallicos omnes, qui infra Siciliam morabantur, tam mares, quam feminas, senes et iuuenes in contemptum Regis Caroli occiderunt. — — — Hoc audito et intellecto, Petrus Aragoniae Rex statim parauit nauigium, et gentes in magna multitudine congregauit, ut Siculos, si opus esset, contra Regem Carolum adiuuaret. Sed ne perciperetur eius, quam conceperat, iniquitas, misit ad Romanam curiam solemnes nuncios, fingendo significans, quod

quod versus Africam super barbaros suae potentiae brachium dirigebat. Petiit etiam a Papa et Cardinalibus ipsorum auxilium, et ut decimam ecclesiarum regni sui sibi concedere dignarentur. Temporum rationes ita instituit auctor, ut ex ipsius sententia caedes Gallorum profectionem Regis Africanam praecesserit. Ea vero cum committeretur, Petrus iam deuastauerat oras Africanas, expectans, num Siculi re ipsa imperium Gallicum abiecturi essent, si recte temporum supputarunt seriem cum PTOLEMAEO MVRATORIUS *hystor. Ital. Part. VIII. p. 154. vers. Germ.* et MARIANA p. 595. Non diffiteor interim, SVRITAM p. 118. Petri Africam petitori abitum ex Hispania a. d. III. Non. Iun. 1282. referre. Neque ab auctoribus laudatis dissentit scriptor *de praeclaris Francorum facinoribus*, ap. DVCHESNE, l. c. p. 786. qui, non mediocrem, quem Petrus fecit apparatus, Martino et Carolo suspectum, memorat; antequam Siculi concitati arma arripuerunt.

§. 4.

*finitas
er Bal-
inum et
volum.*

Quae vero in specie de consiliis *Imperatoris Graeci Michaelis* referuntur, quibus excitatus Petrus Siciliam tentare constituerit, ea testimoniis historicorum Byzantinorum, autoritatem quandam consequuntur. Quae priusquam afferam, obseruandum est, Carolum inter Siciliae Regem, et Balduinum, a Michaele imperio Constantinopolitano exutum, non vnum affinitatis vinculum intercessisse, quod nonnulli historici quoad partem minus recte indicant. MARIANA *de reb. Hispan. L. XIV. cap. 6. p. 593* et FAZELLVS, scriptor alias accuratus, *de reb. Sic. decad. poster. L. VIII. cap. 4. p. 450.* Carolum secundis nuptiis duxisse filiam memorati Balduini Beatricem, ideoque Philippi leuirii patrocinio suscepto, Byzantii occupandi spem cepisse, referunt, sed falso. PACHYMERES enim, *hyst. Michaelis Palaeol. L. II. cap. 32. p. 90. edit. Ven.* et NI-

CEPH. GREGORAS, *hist. Byzant. L. IV. cap. 5. p. 49.* Balduinum Caroli filiam Beatricem filio suo Philippo despondisse, expresse testantur, quorum testimonia per chartas Caroli et Philippi in DV FRESNE *Recueil des diverses chartes pour l'histoire de Constant. p. 14. 17.* extra controuersiam ponuntur; de illis vero nuptiis, quibus ipse Carolus I. Balduini filiam sibi iunxisse recentiores tradunt, nullum vestigium in antiquis extat, omnesque hanc Beatricem ignorant. Nisi me omnia fallant, memoratis scriptoribus, cum Philippi III. Galliae Regis filium, Carolum Valesium, Catharinam, Balduini neprem, in matrimonium adsciuisse, obscure perceperint, occasio committendi erroris facta est. Quae ut magis pateant, ipsam affinitatis rationem, qua binae hae familiae sibi inuicem iunctae fuerunt, ex DV FRESNE *familiis Augustis Byzantinis p. 177.* apponere placet; quippe cuius obscura notitia forte recentiores in errorem abduxit, et cuius probationes in laudata collectione gallica documentorum p. 20. 24. 26. 40. -- 49. reperiuntur.

Balduinus II. Imper. Constant. † 1272.

Philippus Imper. Constant. titulo tenus † 1285. Vx.
Beatrix Caroli I. R. Siciliae filia.

Catharina, Imperatr. Constantin. † 1307. Marit.
Carolus Comes Valesii et Andegavi, Philippi III.
R. Gall. filius. Antea actum fuit de eius matrimo-
nio cum Friderico Aragon. et dein cum Iacobo eius
fratre. v. coll. laud. chart. p. 22.

Catharina Imperatr. Constantin. † 1346. Marit. Phi-
lippus Princeps *) Tarenti Caroli II. R. Siciliae
filius, † 1332. §. 5.

*) hic Philippus probe distingui debet ab alio Philippo,
Caroli I. Filio, cuius in chartis antea memoratis mentio fit.

*Apparatus
Caroli,
Neap. R.
in Michael.
Pal.*

§. 5. Verum ut ab eo, quo paululum digressus eram, in
viam redeam, NICEPHORVS GREGORAS *L. V. cap. 1. p. 62.*
et PACHYMERES *l. c.* referunt, Balduinum dotis loco im-
perium Graecum in familiam Caroli contulisse, vnde non
vanus erat timor, quem ex hoc foedere concipere pote-
rat Imperator Michael; quem euentum non fefellisse
GREGORAS *l. c.* testatur. Carolum enim Constantinopolis
passim diuulsae infirmitate excitatum, speque fretum, se
breui potiturum imperio, duplici discrimine, et mari et
terra, Imperatorem circumuenisse refert, quod pericu-
lum, praesidiis et operibus vrbe munita, depulit Grae-
cus; vbi vero magnum ipse committit errorem, dum Si-
culorum et Venetorum Reges simul a Michaele multa
pecunia contra Carolum excitatos scribit, adeoque Vene-
torum Ducem in Regem efformat, et Siciliam Carolo non
paruisse innuit. Fusius haec enarrat, PACHYMERES, *L. VI
cap. 8. 11. p. 202-209.* vbi iam tum Imperatorem Pa-
pam sibi conciliare, spe facta concordiae cum Latinis
ineundae, Regisque Galliae, Caroli fratris, animum
emollire studuisse, refert. Cum vero per simulatam con-
cordiam in concilio Lugdunensi 1374. factam euenisset,
vt Graeci Italis aliquod tempus pacatis vterentur, tandem
Michaele, violatae concordiae nomine Pontifici suspecto,
et anathemati subiecto, Carolus, qui per omne vitae suae
tempus, vt GREGORAE verbis *l. c. cap. 6. p. 74.* vtar, Ro-
manos, i. e. Graecos, et infidiis et armis appetere non
destitit, cum illum Iohannis, Thessaliae Principis, et
Illyriorum bello premi animaduerneret, anno 1281. du-
plicem expeditionem et terrestrem et maritimam in ipsum
parauit. At Michael nihil eorum omittebat, quibus
omnes ipsius conatus irriti reddi poterant, tum prospera
vsus

vsus fortuna, vt insignem victoriam referret. Addit
 GREGORAS p. 75. Fridericum, Siciliae Regem a Graecis
 concitatum fuisse, ad bellum Carolo inferendum, ita, vt
 si aliud non posset, saltem eius classem foras progredi
 non pateretur. Vbi commissum in nomine errorem a
 BOIVINIO *in notis* praeteritum, a DVCANGIO vero pag. 9.
 alium ei substitutum fuisse, valde miror, quippe qui per
 istum Fridericum Aragonum Regem hic innui censet,
 qui, Sicilia Carolo postmodum erepta, huius Rex factus
 fuerit. Nescio certe, quomodo a Friderico, si vel ma-
 xime Aragoniae imperasset, expectari potuerit, vt Ca-
 roli classem progressu arceret, neque illi prius regnum
 Siciliae, quam demum post Patris mortem, fratrisque
 Iacobi ex eo abitum obtigit. Verumtamen hoc errore se-
 posito, non solum ex hoc loco GREGORAE, sed etiam, si
 omnia ea consideraueris, quae tum ipse, tum PACHYME-
 RES maxime L. VI. c. 32. de rebus inter Graecos et Ca-
 rolum gestis memoriae prodiderunt, argumentum enas-
 citur, non omnino velut falsitatis conuicta, repudianda
 esse, quae Latinorum Scriptores de communicata Siculo-
 rum voluntate cum Michaelae retulerunt. Illud adhuc
 obseruo, DVCANGIVM *hist. de Constantinople* p. 97. frustra
 ad NICEPHORVM GREGORAM prouocare, quasi tradidisset
 ille, Prochyta legatione ad Michaelem defunctum, inde
 cum ipsius legatis ad Petrum fuisse profectum, cuius au-
 xilium Siculis praestandum implorauerit. Fateor hic me
 haesitasse. Quemadmodum enim laudatus GREGORAS
 hanc circumstantiam non memorat, quam nec PACHYME-
 RES habet, ita non dubitari posset, binos hosce scriptores
 eam non fuisse omissuros, si reuera ipse Prochyta Con-
 stantinopolin adiisset; nisi forsan, et quidem commode,
 dixeris, arcanam agendi rationem, qua ibi vsus fuerit,

effecisse, ut ipsos latuerit Graecos, per quem Michael excitatus sit, ut Caroli inimicis se adiungendi consilium ceperit, ita ut, licet nullius plane legationis ea in causa ad Michaellem susceptae ab historicis Graecis mentio fiat, eam tamen ab Italis plane confictam pronunciare temerarium videri debeat, etiamsi eorum testimoniis nulla Graecorum suffragia accedant, qui praeterea, ubi in res incidunt, occidentem propius attingentes, iusto plerumque parciores sunt. Quae RAYNALDVS ad an. 1281. n. 27. *init.* scribit, ex ipsis illis, quae n. 26. memorauit, refelluntur.

§. 6.

Ea vero, quae modo disputavi, nolim ita accipiantur, ac si eam sententiam, quam LEYSERVS dissertatione sua prolata certissimis muniuit testimoniis euersum ire velim. Contra ea tamen tantum abest, ut fabulis adscribere audeam, quae de agitatibus diu ante Gallorum caedem consiliis, Prochytae artibus, propensione Petri Aragoniae Regis ad recipiendos in fidem Siculos, eiusque in omnem euentum attento animo retuli; omniaque, ut mentem meam paucis exponam, in haec verba colligo. Prochyta consilium capiebat, Gallorum in Siciliam imperii finem faciendi, Siculosque in statum minus molestum adserendi. Hinc Petrum studuit inducere, ut Siculis necessario auxilio adesset, unde praemii loco supremum in ipsos imperium referre posset; cui rei Petrus, pecuniae inopia pressus, impar erat, unde Prochyta, Siculos, commoda oblata occasione, mutationem non detrectaturos animaduertens, etiam nonnullos inducens, ut eiusmodi consilium animo voluerent, Graecis ostendit, vix commodiori ratione Carolum ab ipsorum finibus arceri posse, quam si Michael pecuniam suppeditaret. Quam consecutus Petrus omnia, huic negotio

negotio perficiendo necessaria comparat, et forte sub specie belli sacri Saracenis Afris inferendi idoneo loco expectat, num Siculi reuera contra Gallos rebellaturi sint, quod si minus eueniret, tacite domum reuersurus. Haec dum agit, Panormitani ira tandem concitati, Gallos, qui eo in loco erant, trucidant, nondum tamen Petrum Regem proclamant, sed potius Pontificem Romanum caput sibi praeficiunt. Reliquae ciuitates Panormitanorum exemplum interimendis Gallis imitantur; tandem Messanenses, a Panormitanis excitati, Gallos eadem apud se petulantia videntes aut neci dant, aut expellunt, castellis omnibus sub suam potestatem redactis. Panormitani dein cum a Papa frustra delicti veniam peterent, et Messanensibus nimis graues ineundae praescriberentur conditiones, si Caroli Regis vim experiri nollent, hi extrema quaeuis ferre malunt; quos cum ille obsidione pressos ad officium reuocare vellet, eximia eorum virtus apparuit, donec Petrus ad Siciliam fin. Aug. appellens, (conf. *chron. Sicil. apud MARTEN. p. 29.*) Carolum abire coegit. Neque adeo vna dies, quod miror adhuc scripsisse S. R. A. CRAMERVM, *contin. 3. histor. vniuers. BOSSVETI p. 8.* idemque, quod conuenerit, signum, vt *Celeb. OFFERHAUS historia vniuers. accurate scripta p. 528.* existimat, Gallorum neci constitutum fuit, neque iam tum omnibus Gallis exitium decretum erat. Pari ratione rem expediuit MVRATORIUS *hist. Ital. T. VIII. p. 153. seq.* qui ea, quae insignem hunc euentum secuta sunt, accurate et fide scriptorum coaeuorum executus est.

Id tantum moneo, extare duplicem bullam, qua Martinus IV. Petrum Regem excommunicationi subiecit. Prior, 19. Nou. 1282. data, legitur in DACHERII *spicilegio veter. script. T. III. p. 684. edit. nou.* et in HARDVINI *coll. concil. T. VII. p. 889.* posterior 21. Mart. 1283. condita,

44 COMMENTATIO DE VESPERAE SICVLAE FAB.

apud DVCHESNIVM *T. V. p. 874.* et HARDVINVM *l. c. p. 900.* itemque LÜNIGIVM *cod. Ital. dipl. T. II. p. 999.* vbi errore certissimo ad an. 1282. refertur, cum post Siculorum seditionem confecta sit, in fine demum Martii huius anni commissam, ibique processus, vt dicitur, in festo ascensionis Domini transacto habiti, de quo statim dicam, mentio fiat. Forte erroris huius causa fuit, quod Pontifex, qui mense Februario 1281 ad dignitatem papalem peruenit, eam ad annum 2. regiminis sui referat. Sed sine dubio hic valet obseruatio *b. PATRICK l. c. p. 32.* ex FONTANINO petita, in tabulis cancellariae apostolicae annos non a natiuitate, sed ab incarnatione Seruatoris nostri inchoari; vnde dicendum, Martinum IV. primum suae dignitatis annum a 25. Martii 1281. qui non valde ab eo die distabat, quo regnare coepit, numerasse, quo admissio, temporis ratio sibi constat. Eam vero Martini sententiam, quam an. 1282. die Christo ascendenti sacro promulgatam RAYNALDVS ad an. 1282. *n. 13.* et DVCHESNIVS *l. c. p. 884.* et hic quidem Pontificis epistolae ad Episcopum Reatinum adiectam, ediderunt, iam EBERHARDVS ALTAHENSIS *annal. suis in CANISHI lectionib. antiq. T. IV. p. 219.* inseruit, sed minus accurate, vbi eius verba antecedentia inspiciuntur, translata inde errore simili in HENR. STERONIS *annal. in edit. STRUV. S. R. G. FREHERI T. I. p. 567.* quippe qua, vt iam obseruauit HARDVINVS, Rex Petrus nondum nominatim impetitus fuit. Placuit ideo haec notare, quia istorum documentorum non ab omnibus satis accuratam mentionem factam deprehendi.


COMMENTATIO
DE RAPTU
ANNAE BRITANNAE,
A CAROLO VIII. G. R. COMMISSO.

I.

Carolus VIII. Galliarum rex, verum in Anna Britanna, Maximiliani I. Imperatoris sponsa, raptum commisit.

II.

Raptus etiam est, quando mulieris consensus armis, minis, custodia, extorquetur.

III.

Qui quaeue in alienam potestatem redacti non contradicunt, sed suspirantes aut flentes adquiescunt, vere non consentiunt, sed raptum patiuntur.

Multi illustres raptus in historiis memorantur. Sed nullus illustrior est eo, quem Carolus VIII. Galliarum Rex, in Anna Britanna, Maximiliani I. Romanorum tunc Regis, postea Imperatoris, sponsa, commisit. Narrabo eum verbis Crantzii, scriptoris coaeui, *in Saxoniae lib. XIII. cap. 15: Rex Romanorum, iam diu viduus toro, de nouis nuptiis cogitauit. Conuenerat cum Francisco Duce, ut unicam eius filiam cum dote acciperet opulenta: Nam ducatus ille dos erat unicae proli. Misit rex solennes ad contrahendum absens de praesenti matrimonium Oratores, sufficienti mandato suffultos (a). Interim Franciscus Dux*

F 3

in

(a) Idem, quod CRANZIUS hic habet, promississe nempe Franciscum Maximiliano filiam in matrimonium elocandam, a

in fata concessit. Bella non defuere ab rege Franciae, qui

latissi-
 FUGGERO traditur, Oestreich. Ehren. Spiegel, L. V. p. 1030. ipsaque Maximiliani instructio. Oratoribus suis de ineundo matrimonio cum Anna tractaturis tradita confirmat, saltem eo de negotio actum fuisse viuo Duce, quem consilium illud hac forte de causa eo lubentius cepisse MÜLLERVS existimat *Reichstags. Theatro unter Maximil. I. Part. I. p. 116.* quia Carolus Galliae Rex, ipso adhuc superstite, curam omnem in eo defixisset, vt Britanniae ducatum cum regno suo coniungeret. Recte tamen subiicit, nondum plane conuenisse de hoc negotio Ducem inter et Maximilianum, prout et inde constare possit, quod, Francisco non diu fati functo, Romanorum Rex Ferdinandi, Aragoniae Regis, filiam Isabellam in coniugium sibi, sed irrito conatu, expetiuerit. Vbi notari debet, duo negotia a MÜLLERO praeter rem componi. Certum quidem est ex loco MARIANAE ab ipso producto, exoptasse sibi Maximilianum an. 1488. memoratam Isabel- lam coniugem; sed tum simul de matrimonio filii ipsius Philippis cum secunda Ferdinandi filia Iohanna ineundo a Maximiliano actum fuisse, inde non apparet, neque de eo agendi animum ipsi iam tum fuisse, verosimile mihi videtur: postquam vero ille voto ipsum propius tangenti exciderat, spes fuit facta vnam ex Isabellae, (tum iam, recte notante RAPINO DE THOYRAS *bist. d'Anglet. T. IV. p. 432. edit. an. 1727.* Portugalliae Principi desponsatae) sororibus Philippo collo- candi, vt idem MARIANA testatur. In eo tamen errat CRAN- ZIVS, quod vnicam Francisco viuenti filiam fuisse dicat, cum certissimum sit, praeter Annam adhuc Isabellem patri su- peruixisse, et quod, legationem Oratorum Maximiliani in Britanniam Ducis mortem antecessisse, credere videatur, cuius contrarium infra patebit. Dum vero illis mandatum fuis- se tradit, vt *matrimonium de praesenti* contraherent, fallor, aut vox *de praesenti*, ex LINTVRIO desumpta, ad peragendum illum ritum celebrem, quo procurator mandantis personam repraesentabat, respicere videtur, illamque notissimam iuris canonici doctrinam de discrimine inter sponsalia de prae- senti

latissimum illum Ducatum suae ditioni iam vacuatum arbitraretur, quod feudum esset ab corona. Proceres refragantur, et morientis sui Ducis mandata implevere, Romanorum regi Maximiliano seruantes Prouinciam cum herili puella. Non destitit Gallus oppugnare prouinciam: Habebat, ut fit, in latissima Regione, qui illi studerent: sed maior pars procerum pro Maximiliano stabat (b). *Venerunt interim*

fenti et futuro, quam ex. gr. b. BOEHMERVS I. E. P. L. IV. Tit. l. §. 10. seq. 25. exponit, sine dubio CRANZIUS ob oculos habuit. Ille vero minus recte dicit, Carolum Britanniae ducatum, quippe feudum regium, per mortem Ducis suae ditioni vacuatum existimasse. Fuisse enim eam ditionem successio- nis promiscuae, eo certius non solum ex iudicio Parium Fran- ciae pro Carolo Blesensi, qui Iohannam, Guidonis Britanniae principis filiam vxorem duxerat, contra Iohannem Montfortium 1341. lato, sed etiam inde constat, quod, si nullam fuisset feminarum in eam succedendi ius, sine vllis ambagibus Rex hanc regionem regno coniungere potuisset, neque tot arti- bus, ut ea potiretur, fuisset opus, aut ille Annam per bien- nium possessione gaudere siuisset. Quid? quod ipsae pacis tabulae cum Francisco 1488. pactae contrarium adstruunt; licet cum Caroli artibus sententiam priorem conciliare stu- deat GAGVINVS, Heidelbergae tum degens, *epist. ad Wimpfelingium* 14. Febr. 1492. data ap. MÜLLER. l. c. p. 138. et loc. a LEYSBRO iam excitato p. 597. edit. STRVV. legenda.

(b) Acerrime Carolum VIII. inter et Franciscum Britanniae Ducem extremis huius temporibus, ut ea, quae antea inter vtrumque gesta sunt, taceam, dimicatum fuisse, eius tempo- ris annales testantur. Cum enim Ludouicus, Dux Aure- lianensis, cui cum Carolo magna intercedebat simultas, an. 1486. a Britanno receptus esset, Carolus cum exercitu Bri- tanniam 1487. inuasit, multisque vrbibus captis, ad Albin Fanum (St. Aubin) hostes praelio 27. Jul. 1488. vicit, quo fa- cto Dux pacisci et cum Rege in gratiam redire debuit. Lege BELCARIVM *rev. Gallic. commentar. p. 106 - 110. ex quo in rem prae-*

interim Romanorum regis Oratores, et puellam regi suo
depor-
 praesentem notare placet, Franciscum, autore Dunensi, Comite (de Dunois) iam 1487. Annam filiam natu maiorem Alebreto, multorum oppidorum domino, vxorem despondisse, adiecta conditione, vt is coactis copiis ad tuendam Britanniam properaret, quae sponsio Lauallae, Alebreti sororis, aliorumque manu subscripta fuit, Aurelianensi, qui ipse Annam ambiebat, subscriptionem recusante; Annam vero patri Alebretoque eam sponsonem renuntiasse, seque ab eo matrimonio abhorrere fuisse professam.

Quod vero ad ipsas pacis, quam Britannus cum Carolo Rege Sabolii (a Sablé) 20 Aug. 1488 pepigerat, condiciones attinet, quae extant in DV MONT *corps dipl. mat. T. III. P. II. p. 209.* prout istae Regi pluribus Britanniae vrbibus praesidium imponendi libertatem concedebant, ita et efficiebant, quo minus postea filias pro lubitu collocare integrum ipsi esset. Adscribam verba, quae caput causae constituunt: *Semblablement, pour cette même consideration, et afin d'obvier aux merueilleux inconveniens, qui pourroient auenir audit Pais de Bretagne, si le Duc marioit les Dames ses Filles à aucuns Seigneurs, qui fussent enclins et portez à émouvoir Guerres et divisions, icelui Duc voulant à ce obvier, ne permettra que lesdites Dames ses Filles soient mariées au déplaisir et mécontentement du Roi et contre son gré. Et pour ce a promis et juré, promet et jure solennellement, comme dessus, que toutes les fois que ses affaires seront disposées à faire quelque Traité de Mariage pour lesdites Dames, ce sera par le conseil, avis, et consentement du Roi, et non autrement; attendu méme que ledit Seigneur a déclaré, qu'il delibere traiter lesdites Dames amicablement et favorablement, comme ses parentes.* Vt vero huius obligationis vinculo fortius constringeretur Dux, ille non solum in verbis quae sequuntur, vt tabulae de filiarum matrimonio olim condendae procerum provinciae suae sigillis corroborarentur, se curaturum spondet, sed etiam vna cum iis summo censurae ecclesiasticae gradui se submittit, bis centies mille aureorum nummorum (ecus d'or) solutionem in se recipit, vrbesque suas, praecipue Nanneres, pignori

deportandam deposcunt, prouinciam committentes gubernandam,

piguori opponit; nec minus filias omni urbium, gallico praefidio munitarum aliquando recuperandarum iure excifuras concedit, si memoratae conditioni minus conuenienter se gerere ausurae essent. Meminit iam huius pacti ex GUILIELMI de MALIGNY historia Caroli VIII: IAVNOIVS *de regia in matrimonium potestate, P. II. cap. 20. Oper. T. I P. II. p. 803.* ubi tamen tantummodo decem mille aureos nummos in mulctam constitutos fuisse scribit, Ducisque qui a veteri iure forsan deficere tentauerit, mortem perperam in an. 1489. refert.

Francisco vero non diu post 7. Sept. non Decemb. vt TILIVS *chron. Franc.* scribit, 1488 fati functo, cum paulo ante mortem Riuium Mareschallum (de Rieux) filiarum curatorem, Britanniaeque administratorem designasset. Comite Condomiensi (de Cominges) eidem socio adiuncto, Rex copias suas ad Nanneres oppugnandos misit, postulans, *ne Britanni filiae se inconsulto, in cuius fide Britannia esset, nubere: vt earumdem nomine iusiurandum solemne praestaretur, Britanniaeque administratio se autore mandaretur, donec illae ad iustam aetatem adulescerent, aut nuptias inirent. Interim natu minor Isabella moritur, Annam Maximilianus Rom. Rex, Carolus Gall et Alebretus ambiebant: Maximiliano Arausius Annae consubrinus, Carolo Riuus, Laualla fratri Alebreto eas nuptias procurabat.* (Dunensem eam Aurelianensi iungere studuisse MEZERAEVS p. 369 refert.) *Hi Britanniam tripartitis studiis diuisum ad se singuli trahebant.* Haec BELCARIVS, l. c. p. 110 quibus CRANTZII verba partim confirmantur, partim corriguntur. Attamen calamitatum, quae post Francisci mortem Britanniam presserunt, tempus nimis contrahit BELCARIVS, secundum quem a morte Ducis usque ad ipsum Annae coniugium cum Carolo initum vix annus elapsus esse deberet, quippe quod expressis verbis in an. 1489 ponit, omissa tamen diei mentione. Vt igitur lacuna, quae hic adest, expleatur, notandum, antequam Maximilianus Oratoribus suis literas 20 Mart. 1489 scribi iussit, quibus facultatem de coniugio memorato tractandi tribuit,

G

quae

50 COMMENTATIO DE RAPTV ANNAE BRITAN.

*nandam, quibus eam Dux moriens permisit, donec veniens
rex*

quae ap. *DU MONT l. c. p. 219.* et *MÜLLER. l. c. p. 117.* exhibentur, iam Henricum VII. Angliae Regem inter Annamque saepe nominatam foedus 10 Febr. 1489 in ciuitate Redonensi (Rennes) coaluisse, 1 Apr. a Rege Westmonasterii confirmatum, et ex opere praestantissimo *RYMERIANO l. c. p. 225* legendum. Ibi Anglus ad sex millia militum in Annae auxilium mittendorum se obstringit, *contra iniuriam et inuasionem Hostium et inimicorum suorum quorumcumque, qui certa loca infra Ducatum praedictum minus iuste et de facto detinent* (quod quidem de urbibus, quae vi pacis 1488 factae Carolo cesserant, forte, si tabulae memoratae consuluntur, intelligi potest, non tamen plane debet) *et de nouo inuadere moliantur.* Non exiguum certe periculum imminuisse Britanniae, vel iam Gallos loca nonnulla, in quae ius ipsis non erat, tenuisse, vel inde apparet, quod Anna huic foederi condiciones ipsi oppido molestas inseri passa fuerit, adeo vt iusiurandum interponere promiserit, quod cum aliquo Rege, Principe, aliove sine expresso consilio et assensu Regis Angliae sponsalia vel matrimonium contrahere noller; per quam cum Henrico amicitiam Anna etiam obtinuit, vt, quando ille varias conventiones, vt vocantur, cum Ferdinando Rege Castellae et Aragoniae, eiusque coniuge Isabella 27 Mart. 1489 in vrbe Medina del Campo fecit, quae in opere modo laudato *p. 219* extant, ipsa, quamdiu in vtriusque partis amicitia perstiterit, expresse eorum in numero haberetur, contra quos impugnandos neutra pars alterius auxilium requirere posset. Multo clarius, nonnulla Britanniae loca a Gallis post Francisci mortem praeter ius infessa fuisse, ex tractatu pacis, quam Maximilianus Rom. Rex cum Carolo Galliae Rege Francofurti 22 Iul. 1489 pepigit, edocemur, quippe quo *l. c. p. 238* conuenit, vt vrbes et munimenta, quas Britanniae Dux eo tempore, quo simultates cum Carolo, pace 1488 facta, deposuit, sub sua ditone tenuerat, in manus Annae remitterentur, conditione adiecta, vt omnes ex ea regione Anglos abire iuberet,
nun-

rex ipse cuncta propius inspiciens ordinet: Incolume iter ab
 G 2 *rege*

nunquam redituros, ut civitates, quibus Carolus vi pacis Saboliensis praesidia imposuerat, neutrius partis censerentur, et ut quicquid adhuc esset litium ipsam inter et Gallos, intra anni spatium per iudices, consensu partium huic negotio constitutos, dirimeretur. Neque vero anno sequenti 1490. Britanniam a Gallorum vi immunitam fuisse, ex litiga, ut vocatur, inter Maximilianum I. et Henricum VII. 11 Sept. eius anni inita, et ex conventionibus inter eosdem die sequenti factis apparet, quippe utroque documento, ex RYMERO apud DV MONT l. c. p. 254 et 256 repetito, oppidorum insignium et dominiorum mentio fit, quae, utut Annae Britannae in ea ius esset, *Carolus Rex contra omnem iuris aequitatem, viribus et astutia inique usurpaverit ac usurpet, impraesentiarumque detineat.* At vero, quicquid Carolus tum erga Britanniae Ducem, tum eo defuncto, in eius ditionem egit, eo spectasse, ut ducatu quocumque modo potiretur, non temere observat VERVLAMIUS *hist. Henrici VII A. R.* ex quo quae huc pertinent, iam collegit MÜLLERVS l. c. p. 107-109 qui tamen p. 110 errat, dum ex eius narratione supra memoratam pacem Francofurti 1489 conditam foedus inter Maximilianum, Philippum eius filium, et Henricum VII. 14. Febr. 1488 Dordraci ictum, quod tum apud ipsum p. 110 tum in DV MONT l. c. p. 191 extat, praecessisse debuisset. Confer ad ea, quae dicta sunt, illustranda, praeter SERRANVM l. citando p. 28. seq. ubi bellum in Britannia gettum describit, RAPINVM *de THOYRAS hist. d'Anglet. T. IV. p. 433-440.* ubi etiam summa capita foederis Redonensis sistuntur. Quae vero, ubi argumentum pacis Francofurti initae recenser, de urbibus Tornaco et Auenione, dirimendis, quae restabant, litibus deputatis, adiicit, tamen de his in ipso instrumento nihil habetur, non solum tamen apud SERRANVM *inventaire gener. de l'hist. de Franc. p. 35.* et MEZERAYVM *abr. chronol. T. IV. p. 371.* leguntur, sed et scripto publico Belgarum infra citando confirmantur. Illud adhuc moneo, minus expeditum videri, quo anno

50 COMMENTATIO DE RAPTV ANNAE BRITAN.

*nandam, quibus eam Dux moriens permisit, donec veniens
rex*

quae ap. *DU MONT l. c. p. 219.* et *MÜLLER. l. c. p. 117.* exhibentur, iam Henricum VII. Angliae Regem inter Annamque saepe nominatam foedus 10 Febr. 1489 in ciuitate Redonensi (Rennes) coaluisse, 1 Apr. a Rege Westmonasterii confirmatum, et ex opere praestantissimo *RYMERIANO l. c. p. 229* legendum. Ibi Anglus ad sex millia militum in Annae auxilium mittendorum se obstringit, *contra iniuriam et inuasionem Hostium et inimicorum suorum quorumcumque, qui certa loca infra Ducatum praedictum minus iuste et de facto detinent* (quod quidem de urbibus, quae vi pacis 1488 factae Carolo cesserant, forte, si tabulae memoratae consuluntur, intelligi potest, non tamen plane debet) *et de nouo inuadere moliantur.* Non exiguum certe periculum imminuisse Britanniae, vel iam Gallos loca nonnulla, in quae ius ipsis non erat, tenuisse, vel inde apparet, quod Anna huic foederi condiciones ipsi oppido molestas inseri passa fuerit, adeo vt iusiurandum interponere promiserit, quod cum aliquo Rege, Principe, aliove sine expresso consilio et assensu Regis Angliae sponsalia vel matrimonium contrahere noller; per quam cum Henrico amicitiam Anna etiam obtinuit, vt, quando ille varias conuentiones, vt vocantur, cum Ferdinando Rege Castellae et Aragoniae, eiusque coniuge Isabella 27 Mart. 1489 in vrbe Medina del Campo fecit, quae in opere modo laudato *p. 219* exstant, ipsa, quamdiu in vtriusque partis amicitia perstiterit, *expresse eorum in numero haberetur, contra quos impugnandos neutra pars alterius auxilium requirere possset.* Multo clarius, nonnulla Britanniae loca a Gallis post Francisci mortem praeter ius infessa fuisse, ex tractatu pacis, quam Maximilianus Rom. Rex cum Carolo Galliae Rege Francofurti 22 Iul. 1489 pepigit, edocemur, quippe quo *l. c. p. 238* conuenit, vt vrbes et munimenta, quas Britanniae Dux eo tempore, quo simultates cum Carolo, pace 1488 facta, deposuit, sub sua ditione tenuerat, in manus Annae remitterentur, conditione adiecta, vt omnes ex ea regione Anglos abire iuberet, nun-

rex ipse cuncta propius inspiciens ordinet: Incolume iter ab
 G 2 *rege*

nunquam redituros, ut ciuitates, quibus Carolus vi pacis Saboliensis praesidia imposuerat, neutrius partis censerentur, et ut quicquid adhuc esset litium ipsam inter et Gallos, intra anni spatium per iudices, consensu partium huic negotio constitutos, dirimeretur. Neque vero anno sequenti 1490. Britanniam a Gallorum vi immunem fuisse, ex li- ga, ut vocatur, inter Maximilianum I. et Henricum VII. 11 Sept. eius anni inita, et ex conuentionibus inter eosdem die sequenti factis apparet, quippe utroque documento, ex RYMBRO apud DV MONT l. c. p. 254 et 256 repetito, oppidorum insignium et dominiorum mentio fit, quae, utut Annae Britannae in ea ius esset, *Carolus Rex contra omnem iuris aequitatem, viribus et astutia inique usurpauerit ac usurpet, impraesentiarumque detineat.* At vero, quicquid Carolus tum erga Britanniae Ducem, tum eo defuncto, in eius ditionem egit, eo spectasse, ut ducatu quocumque modo potiretur, non temere obseruat VERVLAMIUS *hist. Henrici VII A. R.* ex quo quae huc pertinent, iam collegit MÜLLERVS l. c. p. 107-109 qui tamen p. 110 errat, dum ex eius narratione supra memoratam pacem Francofurti 1489 conditam foedus inter Maximilianum, Philippum eius filium, et Henricum VII. 14. Febr. 1488 Dordraci ictum, quod tum apud ipsum p. 110 tum in DV MONT l. c. p. 191 extat, praecessisse debuisset. Confer ad ea, quae dicta sunt, illustranda, praeter SERRANVM l. citando p. 28. seq. ubi bellum in Britannia gestum describit, RAPINVM de THOYRAS *hist. d'Anglet. T. IV. p. 433-440.* ubi etiam summa capita foederis Redonensis sistuntur. Quae vero, ubi argumentum pacis Francofurti initae recenset, de vrbibus Tornaco et Auenione, dirimendis, quae restabant, litibus deputatis, adiicit, tamen de his in ipso instrumento nihil habetur, non solum tamen apud SERRANVM *inventaire gener. de l'hist. de Franc. p. 35.* et MEZERAEVM *abr. chronol. T. IV. p. 371.* leguntur, sed et scripto publico Belgarum infra citando confirmantur. Illud adhuc moneo, minus expeditum videri, quo an-
 no

52 COMMENTATIO DE RAPTU ANNAE BRITAN.

*rege Francorum cum puella, et securitatem publicam de-
posce-*

no matrimonium Annae cum Maximiliani procuratore initum fuerit. COMINAEVS *memor. L. VII. cap. 3* et FERRONVS *de reb. gest. Gall. p. 1.* nihil hic definiunt, vti nec MÜLLERVS *l. c. p. 127.* POLYDOR, VERGILIUS *hist. angl. L. XXVI. p. 581.* ad an. 1490. vel 1491. referre videtur; NAVCLERVS *chron. p. 1109.* annum circiter 1491. TILIVS *chron. de reg. Franc. SERRANVS l. c. et MEZERAEVVS l. c.* cum BELCARIO an. 1489. ponunt, cum quibus facit RAPINVS *l. c. p. 441.* nuptias mense Nouembri anni dicti contractas statuens; FVGGERVS et HEVTEVS 1492. adsignant. Ego quidem non dubito, an. 1490. cuius diem 12. Nouemb. ARGENTREVS apud LAVNOIVM *l. c. p. 804.* ponit, hanc rem contigisse, si quidem MÜLLERVS *p. 117.* recte definit, vbi Maximilian legatos eo tempore, quo comitia Norimbergensia an. 1491. habebantur, redeuntes, literas Annae, vinculi matrimonialis, quo se Maximiliano addixit, testes attulisse scribit. Non enim verosimile est, huius procuratorem, vt vocant, si an. iam 1489. officio suo fuisset defunctus, anno demum 1491. rediisse; quo supposito, non simulate egit Anna, dum Anglo, se ipso inconsulto et inuito nubere nolle, sub initium an. 1490. fidem fecit, vt refert RAPINVS *l. c.* etsi postea animum mutauerit. In eo tamen idem recte se habet, quod contra ARGENTREVM, acta publica Britanniae non iam ineunte anno 1490. quem adsignando ille secum ipso pugnat, sed demum 1491. coniuncto Maximiliani et Annae nomine signata fuisse contendat, prout et certe prioris nomen subinde adscriptum fuisse, ex LOBINELLI *hist. de Bret. SCHMAVSIUS* confirmat, *Einleitung zur Staatswissenschaft, T. I. p. 12.* Seriem negotiorum, de quibus tum inter Henricum VII. et Annam, tum inter priorem et Carolum VIII. tractatum fuit, recensent MÜLLERVS *l. c. p. 129-131.* et RAPINVS *p. 441-447.* Oratio legati gallici ad ministros Regis Angliae habita, cuius compendium posterior refert, licet dubitans, num a legato ea forma profecta sit, apud VUULNIIVM extat *p. 144. seq. edit. 1662. 12.* Gallosque per Oratores ipsi Maximiliano significasse, matrimonium eius in praecidium pacis Francofurtensis initum esse,

poscerunt: Non negatur. Igitur rebus in prouincia constitutis, ex sententia, cum puella et honesto comitatu iter per Franciam inuadunt, freti praestita securitate. Iam peruenire in locum, qui Franciae regi ad institutum suum visus est idoneus. Aderat Rex ipse cum aliquot ex regno proceribus: Puellam sibi sisti iubet: dignanter venientem honorat. Tum sciscitatur ex Britonibus, qui e Prouincia illam deduxerant, si omnia legitima, quae ad desponationem puellae pertinerent, ex persona Rom. regis essent impleta. Illi respondent, de voluntate mortui Ducis parentis illius esse ad dictam Rom. regi, caetera se ignorare: ad hoc se exiisse, ut sponsam regi sponso deducant. Tum rex communicato cum suis consilio, iubet responderi missis a rege Rom. Ire liceat

G 3

quo

esse, referunt consilarii Belgici in graui scripto, contra falsas Francorum literas pro defensione honoris Seren. Roman. Regis 1491. exarato, quod, cum MÜLLERVS illud tantum eiusdem argumenti, quod 1492. exaratum est germanice versum operi saepius laudato p. 151. seq. inseruisset, exrat in b. EVDRI Samml. unger. Schriften p. 2. seq. Qui Maximiliani nomine Annam publice uxorem duxit, ab VNRESTO loco infra citando et FERRONO l. c. nominatur Polhaimius, sed COMINAEVS l. c. p. 547. ed. an. 1714. illud Principi Arausionensi tribuit, qui vero manifesto errore istum cum Comite Nassouico confundit, quos hac in causa accurate distinguit DE LA PISE tableau de l'hist. d'Orange p. 143. priorem praecipuum huius matrimonii, quippe Annae consanguineum, auctorem, posteriorem vero, Engelbertum II. Maximiliani in obeunda solenni caerimonia vicarium indicans, nec temere; siquidem tum nondum terra Arausionensis ad domum Nassouicam deuoluta erat, ut haec Arausionensium nomine a COMINAEVO insignita dici potuisset; vnde miror, STRUVIVM corp. hist. german. T. I. p. 782. COMINAEVUM, cuius errorem iam correxit MEZBRAEVS l. c. p. 371. esse secutum. Polhaimius vero non nisi pro itineris comite haberi potest, maioris solennitatis gratia, ut fieri solet, adiuncto.

54 COMMENTATIO DE RAPTU ANNAE BRITAN:

quò velint: puellam nulli nuptam, nec per verba de praesenti cuiquam deuinctam, suo toro esse asseruatam. Ibi volentem nolentem, incertum, puellam dominabus de suo regno permittit, ut inclinent ad regis assensum, et mox toro suo impositam habuit pro Coniuge, omnibus de more impletis. Tum remittendam Romanorum Regi filiam, saepe et multum repetitam, decernitur. In vno facto geminum committitur piaculum: propriam sponsam tandem in primis affectibus habitam, ita etiam, ut in nonnullis literis nomen puellae suo coniunxerit, contemnens ac reiiciens, et, quam non debuit, iniudens, iniurius fuit in socerum, cui et sponsam ademerat, et in eiusdem filiam, cui torum diu promissum abstraxerit. Adde eundem lib. 1. cap. 21. Crantzii verbis maximum pondus addunt publicae ipsius Maximiliani et patris eius Friderici in Comitibus querelae, quas in re recentissima vanas et mendaces fuisse, nemo cordatus sibi persuadebit. Breuiter eas proponit Trithemius, coaeuus itidem auctor, in chronico Hirsaugiensi ad annum 1492: Anno supra notato in mense Septembris Fridericus Imperator mundi tertius, et Maximilianus, Rex Germanorum, filius eius, semper inuictus, conuentum Regni Principibus apud Confluentiam Oppidum Archi-Episcopi Treuironum, consensu indixerunt vnanimi, quorum multis in praesentia constitutis raptus desponsatae Maximiliano Annae Ducis Britanniae per Carolum, Regem Galliae, praesumptus in medium proponitur, et, quid fieri decernant Principes, consultatio communis habetur. Plenius Lehmannus in Chronico Spirensi lib. 7. cap. 121. Immittelst ist dem König Maximiliano Botschaft kommen, als seine Gesandten seine verlobte Braut, die Herzogin zu Britannien, abgeholt, und sie ihren Weg und Reiss durch Frankreich angestellt, der König Carolus die Strassen ver-

wahren,

wahren, gedachte Herzogin listiglich fangen, und in seine Gewalt bringen lassen, deren Geferdten aber erlaubt, daß sie unbeleydigt an ihren Ort reisen mögen. Dieweil dann der Kayser und König Maximilianus solch Beginnen des Königs in Frankreich dahin ermessen, daß es gemeiner teutschen Nation zum Schimpf und Verachtung fürgenommen, haben sie alsbald einen Reichstag gen Coblenz ausgeschrieben, und die Ständ unverzüglich zu erscheinen berufen. Als nun auf bestimmte Zeit theils Churfürsten, Fürsten und Botschaften angelangt, hat der König Maximilianus durch den Kayserlichen Anwaldt, Graf Eitel Fritzen von Zollern, den Ständen des Reichs in gemeiner Versammlung die vom König in Franckreich wieder aufgerichte Verträge, beschehene Gelübde und Eyd, verübte Handlungen lassen fürtragen mit Begehren, es wollten Churfürsten, Fürsten und Städt Botschaften solche der Kayserlichen und Königl. Majestät zugefügte Schmach, Schimpf und Thätlichkeit zu Herzen nehmen, der teutschen Nation zu Ehren und Nutz solche Schand und Untreu mit Kriegesmacht zu bestrafen verholffen seyn. Consentit Cuspinianus, scriptor etiam coaevus, in *Maximiliano*, qui Carolum Maximiliano Annam vi eripuisse, item violenter surripuisse, dicit. Et, ne domestica testimonia suspecta videantur, adiungimus binas Henrici VII. Angliae regis, ad Electores et Principes Germanos, et ad Pontificem maximum scriptas literas, quibus, Carolum Ducissam Britanniae violenter rapuisse, bis scribit. Exhibet eas DATTIUS *Lib. 3. Rerum Germanicarum Cap. 2. n. 13. 14.* manifestum tamen mendum continentés, quod a sagace Viro non animaduersum, sed in *n. 12.* etiam repetitum miror. Ait nempe, literas istas die 8. Februario anni 1491. exaratas. Et raptus tamen in

fine

fine anni 1491. commissus, ac nuptiae a Carolo 13. Decembris factae sunt. Tantum ergo abest, ut Anna in principio anni 1491. rapta dici poterit, ut eo tempore adhuc libera se Reginam Romanorum appellarit in pactis cum ipso Henrico Anglo initis, a Daniele dans *l'Histoire de France ad annum 1491. p. 4-8.* memoratis. Erratum ergo manifestum est apud DATTIVM sed emendatio difficillima. Facile esset pro 1491. scribi 1492. Sed mense Februario anni 1492. ipse Maximilianus raptum nondum rescivisse videtur. LEHMANNVS quippe in *Chronico Spirensi Lib. 7. cap. 121.* Literas Maximiliani I. ad Senatum Spirensium die 12. Julii anni 1492. perscriptas ex tabulario Spirensi adfert, quibus, se nuptias cum Anna Britanna fecisse, Carolum VIII vero illas disturbaturum arma Britanniae iniulisse, significat, ac opem Spirensium contra Gallos poscit. Hanc Maximilianus iniuriam sibi factam adhuc mense Julio ignoravit, de qua Henricus Anglus iam mense Februario omnes Imperii ordines certiores reddiderat? Sed nec annus 1493. in literis Henrici substitui potest, quoniam Henricus in fine anni 1492. die scilicet 3. Nouembri pacem cum Gallis fecit apud RAPINTHOYRAS dans *l'histoire d'Angleterre Tom. 4. p. 457.* Ex quibus angustiis nullus alius exitus patet, quam ut dicas, et in Dattio et in Lehmanno mendum esse, ac Maximiliani Epistolam die 12^{mo} Julii 1491. quo tempore circiter Carolum cum binis exercitibus Britanniam vexasse, LOBINEAV dans *l'histoire de Bretagne pag. 814. et 1535.* testatur, Henrici vero Literas die 8. Februarii anno 1492. in ipsis regni comitiis, quae Henricus tunc pro decernendo contra Carolum bello convocauerat, exaratas (c). Quid-

(c) Prout recte LEYSERVS temporum rationes hic collocat,

ita

quid tamen de die scriptarum literarum fit, de veritate
 ipsius

ita etiam in editione epistolae Henrici Regis, quam MÜLLERVS L. c. p. 163. exhibet, dies 8. Febr. anni 1492. expressus est, et Maximiliani R. epistola in editione LEHMANNI, quae 1698. prodit, p. 934. diem 12. Jul. 1491. refert. Scriptoribus Gal-
 lis, quos LEYSERVS statim excitat, factum Regis sui non plane
 reticentibus FERRONVM addo, qui *de reb. gest. Gall.* p. 1. La-
 uallam aliasque Britannas nobiles muneribus gallicis delinitas
 affirmat. BELCARIVS p. 115. omnes eas artes, quibus Carolus
 vsus est, tacet, (vix et COMINAEVS facit) Dunensem Comitem
 praecipuum huius matrimonii auctorem fuisse, tantummodo
 indicans; DANIEL vero p. 312. eas non dissimulat; vnde miror,
 b. IOACHIMVM comment. von den eingeschränkten Heurathen
 der Vasallen in den mittlern Zeiten, P. 1. der Anmerckungen
 aus den Staats- und Lehen-Rechten und den Geschichten p.
 278. vbi id, quod in Annam actum est, inter exempla iuris
 regii Gallici in clientes beneficiarios refert, de iis silere, et
 simpliciter memorando, iure illo sponsalia contracta non vale-
 re, Regi fuisse persuasum, factum mitigare videri. Friuola
 Gallorum argumenta in Caroli defensionem prolata eleganter
 exhibet VERVLAMIUS; cuius verba etiam apud STRVVIVM l. c.
 p. 783. legi possunt, vna cum iudicio huius Angli, quo Maxi-
 milianum nimii feruoris in Carolum, temere sine dubio, accusat.
 Notandus hic in eo adhuc BELCARIVS, quod p. 110. id quod scrip-
 serunt MEZERAEVVS p. 372. RAPINVS p. 448. alique, magnas fuisse
 partes Ludouici Aurelianensis, ad Albini fanum capti, diuque
 carcere gallico detenti, nunc vero libertate donati, et in Bri-
 tanniam profecti, in conciliando Carolo Annae amore, omni-
 no infitiatur, CLAVD. SEISSELVM pariter scribentem falsitatis ar-
 guens, quippe qui (sine dubio in historia Ludouici XII.) hunc
 prope triennium in custodia habitum scribat, vnde illum huic
 negotio admoueri potuisse negat. Sed falsae temporis rationi
 sententiam suam superstruit BELCARIVS, TILIVM secutus, Annae-
 que coniugium 1489. cum Carolo initum fuisse credens, quod
 cum sub finem an. 1491. coaluerit, spatium triennii Ludouico

ipsius facti adeo dubitatum tunc non fuit, vt ipsi coaeti Scriptores Galli eam non negarent, sed more suo in narrationibus et excusationibus saltem taciti praeterirent. Ipse Caroli VIII. ad Germanos orator, Robertus Gaguinus, Iacobo Wimpfelingio, qui, Carolum Annam turpissime rapuisse, ab alienis nuptiis violenter abstraxisse, coniugem viro suo viuenti rapuisse, et a viua adhuc vxore dilectum Maritum exclusisse ac separasse, scripserat, ita respondet, vt vim ipsam et raptum, quem a Friderico Imperatore et Maximiliano Rege publice Gallis exprobrari norat, non neget, sed saltem nuptias, quas Maximilianus cum Anna fecerit, *simulatum tantum ad cautionem quandam, et stratagemam belli, matrimonium fuisse, ne gens terrae Britanniae Franco regi se dederet*, contendat in *Linturii Appendice ad Fasciculum temporum apud Ioannem Pistorium tom. II. Germanicorum Scriptorum pag. 102.* Simili calliditate rem narrant *Comineus dans ses memoires lib. 7. cap. 3. et Brantome dans les Vies de Dames illustres pag. 2.* Neque, qui postea insequuti sunt, Scriptores Galli vim inficiantur, sed verba tamen in factum temperant, ac inter alios *Mezeray dans l'Abregé de l'Histoire de France in vita Caroli VIII. p. 768.* Annam nuptias inter suspiria fecisse, narrat: *Elle resita quelque temps, mais enfin la grande negligence de Maximilian et la necessité* pres-

molesti sibi constat. At vero ex iis, quae apud *BELCARIVM* sequuntur, etiam elucet, eius calculum biennio a reliquis differre, dum Henrici in Galliam expeditionem anno 1490. adsignat, quam omnes alii temporis non incuriosi 1492. contigisse tradunt. Neque itaque causa est, *SEISSELI*, scriptoris ab hoc aeuo non remoti, auctoritatem in dubium vocandi, quem sequuntur *SERRANVS l. c. p. 38. et DANIEL bist. de France, Tom. VII. p. 312. vers. germ,*

pressante donnerent force a leurs raisons, elle s'y rendit et se sacrifia en soupirant pour le salut de son pays. Istum vero omnium consensum turbavit tandem nostra aetate Petrus Bayle dans la Reponse aux Questions d'un Prouvincial Tom. III. c. 125. seq. p. 603. seq. atque, quotquot raptum istum pro vero vendicarint, quorum innumerabilem multitudinem esse fatetur, falsi ac calumniae infimulat: le nombre des Ecrivains, qui ont assuré cet enlèvement, est innombrable: cependant le fait faux. Annam persuasam sponte cessisse et consensisse, contendit: Ou se servit de la voie des insinuations, et des negociations auprès de cette Princesse, et de son conseil, et ce fut ainsi qu'on l'engagea à épouser le Roi de France. Noua haec sententia Gallicis quidem honorifica, sed rationes eius infirmissimae sunt. Fortissima harum est silentium auctorum Gallicorum: Qu'une telle Princesse allant trouver le Roi de Romains, son époux, soit arrêtée dans le chemin, ou dans une hôtellerie, et entraînée à la Cour de France, est une chose d'un si grand éclat qu'il est impossible qu'elle échape a tous les Historiens d'une nation; il se pourroit faire que quelques uns d'eux n'en disent mot, mais non pas, qu'ils gardassent tous le silence. Itane vero Baylius autumat, Gallos auctores, qui sub Carolo VIII. Ludouico XII. Francisco II. Carolo IX. Henrico III. vixerunt et scripserunt, raptum et adulterium commissum publice descripturos, fallurosque fuisse, Reges istos suos se vel tantis criminibus polluisse, vel ex Annae, quae, legitimo Marito suo erepta, iustas cum aliis nuptias facere non potuerit, damnato coitu provenisse. Tanta profecto impudentia nec verisimilis quidem, sed plus quam satis est, quod Galli scriptores, qui tempore raptus vixerunt, crimen hoc, Regi suo publice obiectum, inficiari non sunt ausi, sed, quemadmodum

60 COMMENTATIO DE RAPTV ANNAE BRITAN.

supra ostendi, colorarunt saltem. Hoc ipsum ergo silentium, ad quod *Baylius* tam confidenter prouocat, fortissimum pro veritate raptus argumentum est. Verum, pergit *Baylius*, *Mezerai* tamen, qui sibi in rebus a Gallis iniuste et ignominiose gestis describendis placet, hac etiam macula, si vera fuisset, illos conspersisset. Atque conspersit etiam, quemadmodum ex verbis eius, quorum partem supra excerpfi, patet. Porro *Baylius Varillasi dans l'histoire de Charles VIII. lib. 1.* silentium nobis obiicit. Ego vero *Varillasi* librum, quamuis ad manus sit, euoluere non dignor. Dicat ille, an neget, mihi perinde est. Iam diu enim fidem suam apud me et cordatos omnes ita perdidit, vt, si ego illum in quadam controuersia mecum sentire animaduerto, propter hoc ipsum de veritate sententiae meae dubitare incipiam. Et quam poterit etiam in hac re fidem habere homo, qui lapsis post raptum ducentis fere annis scripsit? Superest vltima *Baylii* ratio, auctoritas *Bertrandi d'Argentré*, qui *dans l'histoire de Bretagne lib. 12.* rem gestam paulo aliter narrat. Verum et hic Auctor, multorum annorum intervallo post raptum natus, quae ante se gesta fuerunt, scire ac scribere tam accurate, vt alii, non potuit, ac ita etiam scribit, vt vim tamen Annae a Carolo adlatam non prorsus neget. Itaque *Baylius* cum noua sua opinione, quod Anna in Caroli nuptias sponte consenserit, solus, etiam ab ipsis Gallis, relinquitur. Nec est illa, si naturam mulierum spectes, verisimilis. Maximilianus formosissimus suae aetatis erat, Carolus autem, ex Gallorum quoque confessione, foede deformat. *Il etoit mal fait, et extremement laid;* ait *Daniel in vita Caroli VIII. p. 418.* Augebat hanc deformitatem breuitas staturae et gibbus insignis, propter quae a Gallis, teste *Brantomio dans les vies*

vies des hommes illustres Part. 1. breuis, le petit, ab exteris vero gibbosus appellatus fuit, quemadmodum ex *Lutheri Tischreden* p. 156. disco. Et hoc tamen monstrum hominis, si Baylio credimus, Anna cum sponso suo pulcherrimo, quem Imperatorem primumque Europae Principem futurum sciebat, sponte commutauit. Credat Iudaeus apella, non ego. Quae cum ita sint, Carolus sine dubio, et ex omnium, etiam Gallorum, confessione, Annam Maximiliani sponsam rapuit, ac vim publicam commisit. Student saltem Galli recentiores vim hanc ita depingere, vt quasi legitima videri possit contra omnem historiae fidem. Quin imo inter Belgas est *Pontus Heuterus*, qui *Rerum Austriacarum* libro 4. cap. 4. Annam Britannam Bello captam scribat: *Carolus, in-quiens, Francorum Rex, occupato Britonum Ducatu, Renesium, in quo Dux Anna erat, longa obsidione vexatum, in potestatem redigit, Britonum proceribus corruptis et Rom. Regis militibus trium mensium stipendio ad deditio-nem coemptis, urbemque ei cum Duce Anna tradentibus, quam post paucos dies in uxorem ducit.* Verum *Fuggerus* in *Spiegel der Ehren des Ertzhauses Oesterreich* lib. 5. cap. 39. pag. 1038 Heuterum hac in parte ab aliis omnibus historicis dissentire solumque relinqui dicit, ac ipse rem ex manuscripto eundem in modum, quo *Crantz-ius*, narrat, atque adeo fidem *Crantzii* egregie firmat (d).

H 3

Dabo

(d) Cum *EVGGERO* conspirat *VNRESTVS* *chron. austr. in HAHNII collect. monument. T. 1. p. 376.* vbi die Simonis et Iudae festum, praecedente (27. Oct.) Annam itineri se dedisse scribit, qui in eo tamen aperte errat, quod die S. Nicolao sacro (6. Dec.) eam in itinere detentam, et ad Carolum ductam scribat. Cum enim non statim simul ac in eius potestatem peruenit, in ma-
trimo-

62 COMMENTATIO DE RAPTV ANNAE BRITAN.

Dabo hic excerptum illud, tanquam nouum pro stabilienda

rimonium cum eo consenserit, detentio illa non demum eo die facta esse potest, quippe quo iam, (vnde forte VNBESTO, hic nimium narrationem contrahenti, erroris occasio nata) tabulae matrimoniales confectae sunt, prout illarum editio reliquis sine dubio praefenda, quae latine et gallice ap. LOMNELVVM et DV MONT l. c. p. 271. 273. extat, tempus exprimit; quamuis alias easque gallicas editiones diem multo seniore referre ibidem notatur. HEVTERO non solum quoad partem assentitur cum SERRANO l. c. p. 39. DANIEL l. c. p. 312. sed et apparatus a Gallis factum, Redones obsidione, vt ipse dicit, nondum cingentibus, attamen cincturis, describit; eandemque in sententiam inclinare videtur RAPINVS p. 448. MEZERABVS vero l. c. p. 371. eos, incertum qua de causa, ab obsessione recessisse memorat, sed de itinere filer. Quod si itaque Germanorum narrationem minus recte se habere, eosque tempus, quod ab initio tractati negotii vsque ad eius consummationem effluxit, de tempore, inde ab Annae itinere, quod ingressa detenta fuerit, decurrente, et spatio ad consilium capiendum ei concessio, cuius sub finem se Carolo commisit, intellexisse dixeris, adeoque quae Galli tradunt, adoptaueris, nondum tamen censuram effugit HEVTERVS, qui, post Annam cum vrbe captam de matrimonio demum actum esse, innuere videtur, cum tamen Galli, non nisi postquam satis iam de hoc negotio Regi cum Anna conuenerat, urbem quodammodo regii iuris factam referant. At vero omne, quod hac in causa oriri posset, dubium dirimi videtur per tabulas pacis, Carolum inter et Annam 15. Nou. 1491. in suburbio vrbis Rhedonum factae, (et per Regis mandatum, 19. Nou. euulgatum, quo Galli Britannia excedere iubentur, quasi firmatae) quae ap. DV MONT l. c. p. 269. extant. Inde enim non solum Germanorum relatio de libero abitu in Germaniam Annae concessio recte se habere intelligitur, sed et apparet, si nimirum reliqua ab iis narrata velut veritati congruentia admittantur, de quo capite postea agetur, non ante diem 15. Nou. iter istam iniisse, quippe quod vix ausa esse videtur, antequam de securitate sibi a Rege esset pro-

lienda raptus (e) veritate argumentum: Sonsten berich-
tet

prospectum; vnde et sequitur, ab eo tempore, quo patriae suae fines egressa est, vsque ad diem, quo in matrimonium cum Carolo solemniter consensit, non quinque hebdomadam spatium decurrisse, sed Annam ante eas elapas manus dedisse; Vniuersum vero huius pacis, iuramento Caroli firmatae, argumentum iis pondus addit, quae de iniustitia Caroli in Maximilianum et Annam paulo post disputo. Vti enim memorato instrumento amica omnis litis super iuribus, quae sibi in Britanniam competere Carolus existimabat, compositio decreta fuit, ita ille non omittere debuisset suam in sponsalia Annae potestatem, si ea, quippe se inconsulto contracta, minus reputasset valida. Quod dum neglexit, Annaeque abutitur, eius hac in causa libertatem non obscure agnouit, cum tamen eadem facilitate, qua postea, leges ei hac in causa praescribere iam tum potuisset.

(e) Vti recte pronuntiat LEYSERVS, nuptias Caroli cum Anna initas non nisi raptus nomine censendas esse, ita Galli nonnulli omnem a Rege suo inuidiam sine proluxa disputatione auerti posse credunt, si eam esse iuris regii Galliae in matrimonium rationem statuatur, vt nulli, etiam primi ordinis, personae ex eorum numero, qui nexu clientelari Regi obstricti sunt, liceat, de suo vel suorum coniugio, Rege incio vel inuito, aliquid decernere, adeoque, si quae contracta sint sponsalia, eius consensu non confirmata, pro inualidis sint reputanda. Hanc sententiam eo ipso tempore, quo Anna Regi nupfit, a Francis fuisse prolatam, non solum VERGILIUS *l. c. p. 582.* refert, sed et ipsa verba GAGVINI, Francisci ad Regem Angliae missi oratoris, apud VERVLAMIUM *l. c. p. 152.* testatur; vbi dum negare videtur, necessitatem consensus regii ad nuptias Annae esse ius regium, quippe quam expresse ius priuatum et patrimoniale, non vero negotium status esse, dicit, sine dubio inuit, eo non Reges solum, sed et omnes, quibus clientelari nexu alii subsunt, in hos vti; quamuis, si eandem esse omnium vasallorum per omnes ditiones conditionem censuit, errat.
Neque

et hievon ein Manuscript, wie das K. Carl gegen die Prin-

Neque vero eo demum aevo Gallos ita sentire coepisse, sed per longissimum annorum decursum hanc potestatis supremae partem viguisse, LAVNOIVS *lib. cit. p. 788 seq.* magno apparatu demonstrare satagit, ad BELLFORESTVM, qui in vita Philippi pulchri testimonium eius argumenti ex veteri quodam manuscripto retulit, simul *p. 788.* prouocans. Neque probandi vim argumento, quod ex numero exemplorum LAVNOIVS struit, denego; etsi enim nonnulla rationem pacti singularis habere, non vero ius ex diuturna obseruantia enatum inferre videri possent, de omnibus tamen id nequit pronuntiari, neque in iis, ubi prior iuris regii causa adest, ea demta, illud inualidum censi debuisse existimandum, quoniam, ut idem *p. 790.* recte ait, maioris securitatis causa vinculum vinculo addi non infrequens est. Veruntamen his concessis, nondum causa Maximiliani et Annae, quod ad sponsaliorum valorem attinet, cadit, aut Carolus nullam in vtrumque iniuriam commisisse reputandus. Non vrgebo, Gallos scriptores a LEYSERO adductos facti causam ex regia potestate deriuatam filere, quam, si vel illi ignorarunt, testimonia a LAVNOIO collecta euidenter satis produnt; indeque potius sententiae LEYSERI praesidium petendum reor, quod, si Anna fidem Regi datam violauit, illi perfidiae et neglecti in supremum Dominum officii poenam detinenda eius terra sumere licuisset, vnde obstrictioni clientelari sua ex Gallorum formula satis sterisset auctoritas. Sibi tunc habere debebat Anna, si sponsalia inuito Rege contracta suatae terrae dispendio luenda fuissent; Maximiliano vero inuiolatum seruari fas erat, quod iis consecutus erat, in matrimonium cum Anna ineundum ius. Et prout contra extraneum salutem regni cuiuspiam infringentem, iusta vi agitur; ita, si hic peccauit Maximilianus, hoc peccatum illi pretio constitisset satis magno, si eius nomine pinguem amisisset dotem, cuius respectu sine dubio Annam sibi eligerat tori sociam. Ac si ponamus, istam paternae terrae possessione excidere, quam fidem illi semel datam frangere maluisse, oportuisset isti abitum concedere potius, quam

Prinzessin keiner Feindseligkeit sich vermercken lassen, son-
 quam ad promissum fallendum adigere; hoc enim facto, status
 rationi et securitati regni, cui velut fundamento formula supra
 memorata innitebatur, satis fuisset prospectum. Et si vel ma-
 xime Annam, sub molesta etiam conditione, in Germaniam
 dimittendam minus opportunum censuissent Galli, aut ista
 Maximilianum repudiare voluisset, non tamen fas erat Carolo,
 eam interpositis persuasionibus ad vim accedentibus suam facere,
 cui terram suam tunc saltem relinquere, et, vtrum absque marito
 vivere, an vero eum ex Regis arbitrio eligere voluerit, liberam
 optionem dare debuisset. Neo quicquam Regem iuvat excu-
 satio a *SEISSLO ap. LAVNOI. p. 402. et AMELOTO l. citando p. 802.*
 allata, cum ratio status præceptis iuris vniuersalis sit postha-
 benda; parique infirmitate laborat *AMELOTVS DE LA HOVSSAIE,*
preliminaire, des traittes faits entre les Rois de France et les Princes
de l'Europe pag. 99. qui sententiam suam, iure Principum ma-
 trimonia, etiam si iureiurando sigillisque roborata, non repu-
 tari valida, nisi consummatio accesserit, non proferre tantum,
 sed et solide probare debuisset; quia nec exempla quaedam, vbi
 ex ea opinione actum fuit, obseruantiam aliquam vniuersalem
 inducunt, nec ea ex principiis idoneis adstrui potest. Haec
 dum scribo, ab iis, qui huius controuersiae momenta ma-
 gis perspecta habent, meliora libentissime edoceri me patiar.
 Verum vel sic nondum omnem hanc causam confectam esse,
 forte ex eo argumento obici posset, quod instrumento publi-
 co Iohannis Brette, Vicarii generalis Turonensis, *de purgatione*
per Annam iuramento facta, quod adhaeret dispensationi Inno-
 centii VIII. Pontif. Rom. 15. Dec. 1491. data, vt Carolus et
 Anna non obstantibus impedimentis ex gradu consanguinitatis,
 aliisque inter eos existentibus, in matrimonio, per ipsos con-
 tracto, ac de facto consummato salua conscientia remanere
 possint, *dummodo dicta Anna propter hoc raptam non fuerit;* ap.
DV MONT l. c. p. 273. et in Ill. SHÖPFLINI comment. histor. p. 537.
 expresse legatur, *eam proprio iuramento corporaliter praestito at-*
testatam fuisse, se propter praedictum matrimonium contrahendum,
nullatenus raptam fuisse, verum ciuitatem Raedonensem, ipsumque
Ducatum libere, et sponte exiisse, animo intentioneque, et propo-
fito

sondern, als Sie durch Hennegau nach Teutschland ab-
reisen

sito libere dictum matrimonium contrahendi, ad Galliae Regem accessisse: quippe ex quibus verbis luculenter constet, omnem vim metumque ab Anna, dum fidem coniugalem Carolo ad-dixit, abfuisse, istamque, antequam terra patria excessit, animum huic nubendi iam cepisse; vnde praeterea pronum, ut aiunt, aluo sequeretur, ea quae supra de securitate ratione itineris per Gallos faciendi isti promissa, memorata sunt, omnino cadere. Cum vero veritas posterioris facti documento publico nitatur, neque adeo facile conuelli possit, quo concesso, capi non posse quis dixerit, quomodo ante abitum ex Britannia matrimonium cum Gallorum Rege contrahere apud animum constituisset; ego quidem hunc nodum secare nolo, affirmando, Annam, ut nouo proposito speciem honestatis indueret, veritatem migrasse, quippe periculum ei affingere, forte temerarium et praecipuum iudicium esset: sed alia via hanc contradictionem tolli posse existimo. Inducor itaque, ut coniciam, cum reuera pacis tabulis ei de tuto itinere in Germaniam fuisset prospectum, hac pace facta, Carolum eius menti ulterius (quippe cuius negotii initium ARGENTREVS *op. LAVNOL. p. 805.* iam in 19 Oct. 1491. ponit) insinuari curasse, posse omnem controuersiam, quae adhuc componenda erat, facillime dici, si repudiato Germanorum Rege, ipsius torum ingredi vellet, vnde tandem suorum suasionibus victa, in terra sua adhuc degens manus ipsi dederit; quam rerum faciem adhuc ignorarunt Angli, dum nouam sic dictam modificationem foederis cum Hispanis 1490. icti, 22 Nou. 1491. condebant, ap. DV MONT *T. III. P. II. p. 271.* vbi Anna non fuit neglecta. Ex dictis porro colligo, Germanorum scriptores, dum obscuram huius negotii notitiam perceperunt, credidisse, Annam eo animo ex vrbe Rhedonum abiisse, ut ad Maximilianum se conferret, eoque in itinere a Gallis detentam, et ad Carolum praefendum eo facilius inductam fuisse, quo certior metus oriri apud ipsam poterat, se absente procerum suorum animos a fide auerti, et ad Caroli dominium subeundum trahi posse, ut omni calamitati terrae suae finis imponeretur; quibus addit scriptum consiliariorum belgicorum 1492. confectum

reisen wollen, Sie auf Ihr Begehren, mit einem Königlichem
 I 2
 festum ap. BVDBR. l. c. p. 19. significatum fuisse Annae, Maximilianum mortem ex veneno ipsi propinato imminere. Vbi si recte coniicio, Gallorum historici, aut pacis antea factae ignari, nihil de incolumitate itineris ei promissa memorare potuerunt, aut consulto tacuerunt, ne atrocius appareret Regis sui factum. Quibus omnibus suppositis, etiam Germanorum narratio de quinque hebdomadam spatio, Annae detentae ad dissi-berandum concessa, quodammodo corrigenda esset. Non hic mihi reticendum est, *Acta Erudit. an. 1710. p. 21.* in recensione *Lobinelliani* operis referre, altum ibi esse silentium de crassa illa violentia in detentione Annae iter facientis perpetrata, subtilem tamen coactionem ab illo auctore adeo non negari, ut etiam suspicetur, Pontificem R. literis consensus supra citatis non sine causa conditionem adiecisse, *dummodo rapta non fuit.* ibidemque notari, non affirmare *LOBINELLVM*, matrimonium eo modo, quem plurimi narrant, per procuratorem Maximilianum fuisse consummatum; mentionem tamen velut in transitu iniicere, quod *VERVLAMIVS* singulare hoc momentum annotauerit, nec quicquam praeterea addere, vnde haec relatio vel confirmari vel in dubium vocari queat. Interim, dum dispensatione Innocentii VIII. eum in finem vtor, ut negotio principali lucem aliquam accendam, eius etiam vsus esse potest ad *LAVNOIVM* erroris conuincendum, qui, dum impugnatores regiae in Gallia in matrimonia procerum potestatis refellere studet, vltimam hac in causa Summi Pontificis veniam intercessisse negat, quia *ARGENTREVS* Annae tantum persuasum a suis referat, Pontificem R. saepe boni publici causa vltro, etiam circa primum consanguinitatis gradum, dispensasse. Licet enim scriptorum quorundam testimonia, a *FRANC. SALERNO*, theologo Siculo, qui librum scripsit hoc titulo insignitum: *Matrimonii valor a Francorum oppugnationibus vindicatus*, eum in finem prolata, ut probet, non licuisse Carolo Annam Maximiliano eripere, nisi accedente Romana autoritate, vi probandi carere p. 803. seq. accurate demonstrauerit; non tamen hinc efficitur, nullam accessisse dispensationem, quam vero *LAVNOIVS* nondum inspiciere potuit. Et prout haec solummodo impedimentis ex consan-

gui-

chen Geleit versehen, auch beyde Herzogen von Bourbonnitate, et ex sponsalibus cum Maximiliani filia dudum contractis, promanantibus medebatur, ita, si quod fuit Caroli in Annae coniugium ius, ea concessione Pontificis illud non fuisset minus imperfectum pronuntiatum, adeoque, si vel huius documenti notitiam iam habuisset LAVNOIVS, non tamen causae, pro qua disputat, detrimentum timere poterat. Licet enim Pontifex, dum raptum ab Annae matrimonio abesse vult, Carolo eam retinendi potestatem non facturum fuisse dici posset, si, quid Annae euenerit, resciuisset; illa tamen verba potius ad necessitatem tantum liberi consensus, qui, dum ista Carolo se dabat, adesse debuisset, quam ad Caroli ius, Maximilianum ab eo coniugio arcendi, trahenda videntur. si cum iis, quae Anna iurando edixit, conferuntur. Illud adhuc obseruo, LAVNOIVM, qui leges ciuiles et ecclesiasticas, quibus raptus impedimentum matrimonii constituitur, p. 733 734. recenset, perperam NAVCLERVM eos inter ponere, qui desponsam Maximiliano Annam negant. Licet enim ille p. 1109. GAGVINI verba referat, non tamen sua facit. Grauius hunc Gallum redarguit WIMPFELINGIVS apud LINTVRIVM in *Pistorii S. R. G. T. II. p. 591.* et ap. MÜLLERVM l. c. p. 140. cui nihil prior reposuit, Argumenta Gallorum, quibus efficere voluerunt, mandatum Maximiliani procuratoribus traditum vitis laborasse, compendio sistit de LVDEWIG *diss. de matrimonio principis per procuratorem p. 53. 55.* qui, postquam p. 47. illum contra VERVLAMIVM, nimiae in otioso ritu confidentiae nomine ipsum accusantem, defendisset, *pag. 55. fin.* iudicat, rem a Carolo Rege commissam, vitio non carere, neque hunc tamen raptus crimine impetendum. Prout tandem Maximilianus iuri, quod per sponsalia in Britanniam obtinuisse existimabat, per articulum separatum paci 1493. Silvanesti (Senlis) conditae, adiectum, in *collect. docum. COMINAEO addita. p. 414. ed. 1714.* renuntiavit, nec titulo huius ditionis se usurum spondens, ita prudentes obseruationes in agendi rationem, quam Henricus Angliae Rex in vniuersa causa Britannica obseruauit, apud RAPINVM l. c. p. 358. legi possunt, a quo longe abit recentior Gallus *reut. libro sup. indic.* qui, quemadmodum ne minimo quidem duplicis iniuriae, qua Carolus Maximilianum

bon und Orleans mit 200. Pferden sie zu begleiten, Ihr entgegen gefendet. Diese zween begegneten Ihr, als Sie samt Ihrer Gefärttschaft zu einer großen steinernen Brücke gelanget, mit einem starken reißigen Zeug, welcher sich von einander theilte, sie zwischen sich mitten einnahme, und umschloffe. Hierauf naheten sich ihr beyde Fürsten, und zeigten Ihr an, im Namen des Königs: Sie möchte ihr belieben lassen ihren Weg nach Tours zu nehmen, daselbst der König ihrer warte, sie anzusprechen: ihre teutsche Geleitsschaft aber sollte, bis auf fernern Bescheid vom König zu Amiens verharren. Also wurde sie, wiewohl weinend und über Gewalt, auch das dieses wider den mit K. Maximilian aufgerichteten Frieden, vermög dessen Sie sich aller Sicherheit getröstet, gehandelt seye, sich beschwerend, nach Tours geführet: allda sie der König stattlich empfienge, sie mit vielen Worten tröstete, ihr die teutsche Verheyrathung widerriethe, und sie vermahnete, das Sie das Glück in dem Lande, darin Sie gebohren und gezogen, als eine mächtige Königin zu regieren, nicht ausschlagen sollte. Als sie ihm hart widersprache, und dem Röm. König ihre Treu nit fältschen wollte, gab er ihr 5 Wochen Bedenkzeit, inner welchen Ihr so viel süßes und faueres, Versprechen und Drohungen, vorgeschwatzet wurden, das sie endlich, sehend, das es anderst nicht seyn könnte, das abgezwungene lawort von sich gabe, und darauf vom König daselbst öffentlich getraut, seine Gemahlin worden. Non possum igitur satis mirari, *Struuium in syntagmate Historiae Germanicae dissert. 30. §. 60. reiectis tam luculentis testimoniis ac argumentis, solius Heuteri fidem sequi maluisse.*

I 3 SPICL-
num affecit, sensu tangitur, ita in Henrico, quoad hoc negotium, magnum animum deprehendisse sibi visus est.

SPICILEGIUM OBSERVATIONVM
DE
CONNEXIONE ITALIAE
CVM REGNO GERMANICO,
VBI PRAECIPVE SENTENTIA

VIRI ILLVSTRIS
IOACH. ERDM. SCHMIDTII,
PROF. IVR. IN ACADEM. IENENSI
DE LANGOBARDORVM IN ITALIA REGNO,
A GUIDONE SPOLETINO
NON SOLA ELECTIONE QVAESITO,
MODESTO EXAMINI SVBICITVR.

§. I.

*Instituti
ratio.*

Dum hanc tractationem de *Connexione Italiae et Germaniae* inscripsi, vocabulum praemissum docebit, nolle me, vt quis sibi persuadeat, quod vniuersum illud argumentum ex historiae monumentis tractandum, variosque gradus quibus Germanorum in Italiam imperium stabilitum fuit, describendos susceperim. Illud enim si agerem, idem esset, ac si opera data et Lectoribus, et mihi ipsi fastidium creare vellem, quia tantum abest, vt ea causa Scriptorum defectu laboret, vt potius innumera fere scripta exstent, quibus viri historiae iurisque publici peritissimi eam exornatum iuerunt. Neque mihi fuisset locus, tenue spicilegium instituendi, nisi dissertatio *Viri Ill.* cuius nomen in fronte huius scripti expressum est, sub inscriptione ibi indicata 1749. edita, illum fecisset, qua singularem sententiam protulit, vt memoratae connexioni lumen afferret. Cum vero talis sit eius ratio, vt difficultates, quae in eo argumento se offerunt, per eam, vt mihi videtur, non tollantur, sed illud potius nouis et maiori-

bus inuoluatur, non inanis opera futura mihi visa est, si accuratius eam examinarem. Vt vero omnia melius expediantur, breuissimam fatorum Italiae sub Caroli M. posteris notitiam praemittendam esse censui.

§. 2.

Cum post obitum Ludouici pii Imperatoris ipsius filii ultra biennium mutuis armis in se inuicem saeuissent, euenit tandem, vt anno 843. omnis lis per celebre illud pactum Viridunense dirimeretur, quo Lotharius, fratrum natu maximus, Franciam intermediam Italiamque cum Imperio Romano consequebatur, reliquis Patris terris Ludouicum inter et Carolum diuisis. Quae partitiō eius erat naturae, vt singula Regna plane a se disiungerentur, quam diuisionis speciem Germani vernacula *Todtheilung* appellant; adeo vt si fieret, vt vnus ex fratribus, eiusque posterī extinguerentur, fratres eorumque posterī ab omni successione iure in lineae extinctae terras exclusi censerentur. Neque enim in testimoniis scriptorum, neque in aliis eius aevi monumentis, vestigium aliquod exstat, vnde appareat, singulos heredes sibi suisque posteris ius aliquod in alterius lineae terras, si illam extingui contigerit, reseruasse; vnde sequitur, in eiusmodi casu, nisi nouus titulus superuenerit, vnum quodque regnum, quod ex ista partitione ortum trahebat, ad populum rediisse. Hinc Lothario I. eiusque filiis ex vita euocatis, neque Galli neque Germani *ex iure Caroli M.* sibi aliquid in Italiam tribuere poterant, aequè minus, ac de secutis temporibus ita pronuntiat *Per illustr. et magnif. Consil. int. et Cancell. ESTOR dissert. de partitionibus terrarum German. illustr. inter se, et praesertim eā, quae Todtheilung vocatur, Cap. III. §. 17.* Accidit vero, vt Lotharii I. filius natu maximus Ludouicus II. Imperator ante obitum Ludouici Germanici patris filium

Caro-

Carolomannum Regni Italici heredem, ipse prole carens, institueret. Perhibet illud scriptor eius aevi, EUTROPIUS presbyter, ut appellatur, tract. de iuribus et privilegiis imperat. in Imperio Romano, quem FLACIUS ILLYRICUS Catalogo test. Verit. postea M. GOLDASTVS Monarch. Imper. T. I. inseruerunt, his verbis: Ludouico II. infirmante, et ad extremum propinquante, quia non habebat filium, voluit, sibi succedere Carolum magnum ad suscipienda imperialia scepra. - - - Moritur Ludouicus. - - - Mittitur missus ab uxore Imperatoris Engelberga, vel a suis primatibus ad Carolomannum, ostendens ei vota defuncti. Aetatem huius scripti, cuius auctor certissime ante Ottonem M. vixit, b. FABRICIUS biblioth. med. aevi T. II. p. 403. ad annum circiter 900. refert; vbi autem dissimulare nequeo, mihi, FLACII verba p. 121. edit. an. 1666. scriptum illud adiunctum se habere vetusto EUTROPII codici manuscripto, consideranti, istius auctorem temere appellatum videri EUTROPIVM, eius nomine, a quo pars prior codicis profecta, auctori memoratae appendicis, ut saepius factum est, per errorem tributo; cui forte alius cognomen presbyteri addidit, hunc auctorem cum Eutropio saeculi V. presbytero confundens. Cum vero ibi Caroli M. nomen adhibeatur, FLACIUS in sua editione, p. 125. in locum vocis *magnum* forte vocem *grossum* substituendam iudicat. Equidem non temere existimari posset, in textu Eutropii facili describentis errore vocem Carolomanni in duas fuisse dissectam, et nomen Caroli magni irrepsisse; sed pag. 126. disertè Princeps ille, quem Ludouicus sibi successorem designauerat, Carolus, sine adiecta voce, appellatur. Cum vero sequentium factorum historia emendationem Flacianam respuat, et sine dubio Carolomannus, quippe qui deinde tanta opera pro obtinenda

Italia contendebat, is sit, in quem tam prona fuit Ludouici voluntas, rationem huius denominationis, qua EVTROPVS hunc magnum appellat, non aliam reddere me posse fateor, quam eam ex saeculi more adhibitam fuisse, quippe etiam et Carolo caluo et Carolo crasso illud cognomen adscriptum fuit, vt docent GOLDASTVS *not. in Eginhart. p. 157. 158.* licet locum nostrum huc falso referat); et MABILLONIVS *de re diplom. L. V. p. 408.*

§. 3.

Ratio cur Ludouicus II. ex agnatis suis Caroloman-
num regno suo potiri voluerat, forte non longe petenda
est. Eius enim pater Ludouicus Germanicus, cum, decede-
nte Lothario II. Lotharingiae Rege, per transactionem
Procaspidanam 870 initam, et a PITHOEO *Scriptor. annal. et hist. Franc. p. 488.* editam, partem huius regni consecutus
esset, non ignarus, potius esse Ludouici, Italiae Regis,
ius in terras Lotharingicas, (si nimirum agnatorum iura
in posteris Lotharii I. admissa fuissent) suam portionem ipsi
reddiderat; *annales BERTIN. ad an. 872. in DV CHESNE script. H. F. T. III.* qua re inductus Ludouicus II. gratum in Ger-
manos animum testari sine dubio voluit, vt iam notauit
Comes de BÜNAV P. III. der deutsch. Reichsbist. p. 452. Hinc
igitur Carolomanni ius in Italiam emergebat, qua vero vt
non, nisi plurimis difficultatibus superatis, potiri potuerit,
Caroli Calui, Franciae Regis, regnandi cupido, et Italarum
in istum affectus effecit. Pontifices enim Romani, Nicolaus
I. Adrianus II. et Iohannes VIII. consilium inierant, Ludoui-
co II. decedente, in Carolum, Franciae Regem, Imperium
Romanum Italiamque conferendi; cuius rei testimonia col-
legit HAHNIVS *P. I. der deutsch. Reichsbist. p. 209. not. b.* ex-
stinctoque Ludouico, Italiae proceres in comitiis congre-
gati consilium capiebant vtrique defuncti patruo, coronam

Italicam offerendi, ea quidem ratione, ut neutri constaret, alteri eandem voluntatem significatam fuisse, teste ANDREA presbytero *chron. in MENCKEN. script. rerum German. T. I.* qui consilium illud prauum appellat. Carolus, Pontifice Iohanne VIII. per liberalitatem sibi conciliato, opportunam occasionem non dimisit, et ab illo corona imperiali ornatus, effecit, ut solemniter Italiae Rex pronuntiatus fuerit. Decretum procerum praeter alios auctores PITHOEVUS *l. c. p. 506.* exhibet, ubi obseruat MVRATORIUS *Gesch. von Italien P. V. p. 133.* hac re proceres Italiae ius eligendi Regis sibi sumere coepisse, id quod eo respectu verum est, quod suae voluntati soli tribuendum voluerint, quisnam dignitatem regiam capeffere debeat. Sed iniuriam sibi factam rati Ludouici Germanici filii arma corripunt, et Carolomannus in Italiam profectus 875. Carolum eo adigit, ut iuraret, se, si Carolomannus inde discederet, illud regnum Ludouici fratris sui iudicio disponendum seruaturum, ut loquuntur *annales FULDENSES in FREHERI S. R. G. T. I. p. 48.* quorum fidem hac in re, praeeunte HAHNIO *l. c. p. 213. not. e. annalibus Bertinianis praefero.* Cum vero Carolus hoc pacto conuenienter non ageret, Carolomannus nouam expeditionem in Italiam 877. suscepit, sed successu minus prospero, dum, exercitu terrore panico correpto, Bauariam repetere debuit. *Annal. BERTIN. ad an. 877.*

Reges Italiae a Carolomanno usque ad Arnulphum.

S. 4. Meliore fortuna utebatur Carolomannus, cum Carolus paullo post 877. ex vita migrasset. Tum enim Italia ei se subiecit, ipseque regni iura ibi exercuit; conf. HAHNIUS *l. c. p. 248. not. e.* et indicem diplomat. quem Comes de BÜNAV *Historiae German. T. IV. addidit, p. 587.* ipso vero cedente, frater Carolus crassus in eius locum successit. REGINO *chron. L. II. in PISTORII S. R. G. T. I. p. 81.* occupa-

tionem

tionem Italiae ab ipso factam ad ann. 881. refert; verum MVRATORIUS p. 172. et b. BAUDISIUS, cuius in versione germanica notae accesserunt, ipsi coronam Longobardicam iam 880. solemniter impositam fuisse euincunt. Cum vero idem Carolus paucis post annis, insigni fortunae ludibrio, regiam dignitatem in omnibus terris, quas imperium ipsius complectebatur, amitteret, euenit vt Italia, quam Germani ab aliquo tempore ex iure nouo ad se deuolutam tenuerant, diutius exteris subesse nollet. Nimirum duo principes, Berengarius et Guido, quorum ille ducatum Foroiuliensem, hic Spoletanum administrabat, et quorum potentia per imprudentiam Caroli calui creuerat, superstitite adhuc Carolo crasso consilium inierant, Italiam Francis eripiendi, simulque inter vtrumque conuenerat, qua ratione quisque efficere vellet, vt ad se pars quaedam ex terris, quae quondam Francis paruerant, perueniret, vti exponit LVITPRANDVS *Histor. L. I. cap. 6. p. 143. in REVERI S. R. G. conf. SIGONIUS de R. Ital. L. V. p. 253.* cuius tamen assertum in medio relinquit MVRATORIUS l. c. p. 191. Verum non constans fuit horum Principum amicitia. Guido enim, cuius obtinendi Franciae regni spes decollauerat, in ipsum Berengarium arma conuertit, quem vt a se arceret Berengarius, auxilium Arnulphi Germanorum Regis implorat, qui Italiam ingressus, multas vrbes expugnat, et secunda dein vice, Guidonis mortui filio Lamberto infensus, transitis Alpibus, ipsaque Roma sibi subiecta, imperialem dignitatem capeffit; cuius expeditionis repetitae ratio erat, quod memoratus Lambertus, ipso non consulto, regnum cum Berengario diuiserat. *Annales enim FULDENSES ad an. 895. p. 66. et HERMANNVS CONTRACT. ad an. 896. apud PISTOR. T. I. p. 251.* Berengarium a fidelitate sua erga Arnulphum defecisse, referunt,

quibus verbis innuere videntur, voluisse Arnulphum, ut Berengarius ipsi nexu fiduciario obstrictus esset. Neque dissentit LVITPRANDVS, *L. 1. cap. 7. p. 143.* qui Berengarium Arnulpho in auxilium vocato promississe memorat, *se eius potentiae seruiturum*; ipsumque diploma Arnulphi, a b. SCHWARTZIO *dissert. de Arnulpho p. 21.* adductum, hunc anno iam 894. Regis Italiae, quippe armis deuitae, titulum gessisse confirmat. Eo vero mortuo Itali, alieni imperii impatientes, Berengario paruerunt, quem alii, mox ex Italis, mox ex Burgundis exceperunt, donec Otto I. Germaniae Rex noua ratione Italiam Germaniae acquisiuit.

*Sententia
Ill.
Schmidtii
proponitur
quoad
praelimi-
naria.*

§. 5. Certum est, Guidonem pariter ac Berengarium voluntati procerum Italiae acceptum retulisse illud, quod vterque sibi arrogabat, regnum. Itali enim, qui antea cum Berengario fecerant, eo repudiato, Guidonem sibi imperare cupiebant, quem in conuentu Ticinensi 889. electum, Regem pronuntiant, decreto facto, quod MV-RATORIVS exhibet *Antiquit. Italic. med. aevi T. 1. diff. 3.* Verum in omnia alia abit *Ill. auctor.* dissertationis, quam in limine indicaui, vbi quidem huic voluntati tribuit, quod Guido ius consummatum in Italiam consecutus fuerit; simul vero ex affinitate, qua posteros Caroli M. attingisse memoratur, ius ipsi fuisse existimat ad regnum Italiae adspirandi, quod antea imperfectum, per electionem a populo factam in perfectum eualuerit. Quam sententiam, quippe et ipsam dubiis inuolutam, et eam causam, quam auctor ornandam sumserat, difficultatibus maioribus inuoluentem cum propius examinare animus sit, ipsius vestigiis presse inhaerebo. Supponit nempe, etiamsi regnum Longobardicum iam inde a tempore Caroli M. a Fran-

a Francico separatim manserit, successionis tamen leges, prout in Francico valebant, etiam in Longobardico obtinuisse, §. 21. quod quidem ulterius extendendum esse, quam ad eos, qui ex Lothario I. ortum ducebant, ipse in sequentibus contendit. Deinde existimat, populo Francico, et per consequentiam Longobardis, a reliquo Francorum regno ab anno 843. separatis, ius fuisse, inter plures regni capaces ex eadem familia vnum eligendi, ita vt regnum, quod respectu ad totam familiam habito, hereditarium erat, ratione singulorum concurrentium esset electitium; in specie vero fratres fratrum defunctorum filios a successione exclusisse, licet patres eorum portionem regni iam obtinuerint, excepto casu, si populus regni, quod pater habuerat, eos sibi imperare voluerit, §. 25. 30.

§. 6. Primum itaque facile largior, in regnis ex diuisione Francici ortis per seculum nonum adhuc viguisse circa Regem constituendum eam formulam, quae in Francico obtinuerat, prout et illud, quod in Germania eo tempore obseruatum nouimus, euincit. Dein etiam concedo, quod viri summi, et in iis *III. MONTESQUIEU* libro celeberrimo: *De l'Esprit des Loix L. XXXI. c. 17. p. 461 - 464.* adseruerunt, fuisse in regno Francico formulam ex electione et successione mixtam, ita vt illud fuerit electitium ratione consensus, quem vnoquoque Rege mortuo populus testari debebat, vt vnus ex iis, qui consanguinitate defunctum attingebant, regno praeficeretur; successuum ea ratione, vt ex eadem familia nouus Rex designaretur: vnde nec nego, populo ius fuisse ex iis, qui familia regnante continebantur, vnum eligendi, quando eodem tempore plures ad obtinendam summam dignita-

tem adspirabant. De eo vero quaeritur, vtrum per consuetudinem diuturnam non obtinuerit, vt hac formula supposita, is qui mortuo Regi proxime iunctus censebatur, reliquis plerumque praeferreretur? quod adeo certum est, vt iam sub Merouingis fere semper filiorum eius, qui nouissime decesserat, ratio fuerit habita, quorum cuique, vbi plures aderant, regni portio regenda fuit data. Vnde nimis generaliter pronunciat *Ill. SCHMIDTIVS*, ex cuius verbis §. 5. allatis colligendum videtur, ipsum frequenter factum putasse, vt fratres fratrum defunctorum, licet hi regni parti praefuissent, filios in successione per consensum populi excluderint. Prouocat quidem ad exemplum Caroli M. qui fratris Carolomanni filiis neglectis, huius Regnum capessiuerit; verum ex hoc singulari exemplo successionis formula quaedam nondum efficitur. Proceres regni, quod Carolomannus tenuerat, absque dubio ex ea ratione Carolo parere malebant, quia Carolomanni filii tenera adhuc aetate erant, paruuli quippe a coaeuis appellati, quos regno paterno praeesse, minus consultum existimabant. Ac si etiam quis dixerit, si ius regnandi habuissent, Carolo munus, eorum adhuc minorennium nomine regni administrandi committendum fuisse; ille tamen non temere coniecerit, qui ipsorum animos antea variis artibus Carolum sibi conciliaffe existimabit, a qua re eius animi indoles regnandique cupiditas non abhorrebant. Ipsa potius monumenta a *Viro Ill. §. 30.* in medium allata plerumque ad filios potius quam ad fratres defuncti fuisse respectum ostendunt.

§. 7.

*Assertio de
electione
vnius in-*

Pedem mouet Vir Ill. §. 31. ad successionem agnatorum magis remotorum, quos, extincta linea regnante, semper ad successionem vocandos fuisse monet, ita

tamen,

tamen, vt populi arbitrium fuerit, ex pluribus quem vellet, eligendi. Quod vt probet in Italia etiam obtinuisse, chartam diuisionis Ludouici pii velut legem testem producit, cuius *cap. XVIII. ap. BALVZIVM T. I. p. 578.* Imperator sancit, vt, si is filius suus, qui sibi successerit, absque legitimis decederet filiis, populus in eligendo vno ex liberis ipsius (Ludouici) fratri superstibus, conditionem, quam ipse fecerit, imitetur; hinc vero vult recte concludi, cum populo per hanc chartam ius fuerit, vnum inter fratres eligendi, illud magis obtinuisse ratione agnatorum. Neque enim obiici posse putat, hanc constitutionem ad Imperium Romanum pertinuisse, adeoque huc trahi non posse; quia Itali idem penes se esse non dubitauerint, vt ipsum electionis Caroli calui decretum euincat, quem Imperium Romanum Ludouico praeripuisset temere asseratur. Quoad hanc causam quaestio huc redit, num Itali, 843. a reliquis regnis, quibus Caroli M. posteri praeerant, plane separati, obstricti fuissent, extincta Lotharii I. progenie, ad vnum ex reliqua Carolingorum familia eligendum? quod, vbi id, quod §. 2. de huius separationis indole statuendum putavi, admittitur, affirmari nequit. Italiae proceres non existimabant, idem sibi plane faciendum, quod circa Imperium Romanum ex memorato Ludouici pii praecepto iuris erat, sed causa, cur in Carolum Caluum consentiebant, vt reliquas huius rei rationes nunc omittam, ex monumento ab *III. SCHMIDTIO p. 34.* allato, haec fuit, quod eum Regem sibi praeficere, qui Imperator Rom. creatus erat, maxime consultum reputabant.

§. 8.
Pergit Vir III. §. 32. ad exempla, vnde constat, penes populum fuisse, si plures adfuerint, qui defunctum

*adducta
examinan-
tur.*

affinitate agnatica attingebant, vnum pro arbitrio eligere; et dum ipsum illud exemplum affert, quo Itali et Ludouico Germanico et Carolo caluo regnum obtulerunt, nec *annalibus* FULDENSIBVS, nec BERTINIANIS, qui de successu expeditionis Carolomanni, Ludouici filii, antea memoratae, diuersa referunt, fidem habendam esse iudicat, omniaque ad liberam populi electionem relata fuisse coniicit, quod vterque se Italia excessurum promiserat. Ponam, nihil hic circa rationem facti censurae obnoxium esse, idem tamen, quod antea respondi, repetendum puto. Sumserint sibi Itali ius electionis; inde tamen non sequitur, eos ex agnatis lineae extinctae vnum necessario sibi praeficiendum existimasse. Exemplum Caroli crassi, quod porro testatur, eo respectu, quo *V. l.* vult, etiam huc trahi nequit, dum singularis erat ratio, qua Franci occidentales mouebantur, vt neglecto Carolo simplice, tenerae aetatis Principe, alterum memoratum Carolum ad capessendum regnum aduocarent; quippe quem rebus suis conseruandis, Normannisque repellendis longe magis parem fore existimabant. Vt rursus sentit verisimile esse, per feminas ad maritum regnum transferri potuisse, id quod ex eo constare putat, quod Ludouici II. filia Irmengardis, quam Boso, Rex Burgundiae, in matrimonium duxerat, viuere se nolle pronunciauerit, si filia Imperatoris maritum Regem non faceret, vt *annal. BERTIN. ad ann. 879. apud DV CHESNE T. III. p. 259.* referunt. Haec enim verba animum Irmengardis regnandi cupiditate concitatum, minime vero ius, quod, velut a parente ad se deuolutum, in maritum transfere poterat, produnt, vt et MYRATORIUS *l. 6. p. 163.* intellexit.

§. 9. Verum ad arcem causae nunc accedit *Vir Ill. §. 34.* et dum cognatos in regnis Francicis ad successionem peruenisse memorat, huc praeter reges Germanorum Conradum et Henricum, Widonem et Berengarium, Italiae regno potitos, refert. Quam sententiam confirmaturus primo locum adducit ex *panegyrico in Berengarium*, ubi verba procerum, quibus illum hortantur, ne a Rheno aut Arari se ab Italia, quae propinquis suis dudum paruerit, auocari pateretur, innuant ius ipsius in eam regionem. Verum ut omittam, non adeo magni momenti esse omnes loquendi modos, quibus subinde panegyricorum auctores utuntur, auctor ipse huius panegyrici, quem LEIBNITIVS *T. I. script. rerum Brunsvicensium* edidit, non plane Berengarii ius aliquod in has terras fuisse dicit, quod proceres permouere potuerit, ut ipsum solemni ratione regem sibi eligerent; quia electioni absque tali iure imperfecto locus esse poterat; neque recte *Vir Ill.* ex eo, quod nonnisi cognati familiae regnantis ad regnum Francorum adspirauerint, hoc ex iure cognationis factum fuisse, concludit. Licet enim probandi gratia subiungat, nisi ad illud respicere velimus, non apparere, cur non etiam alii, aequae potentes, sed non cognati, idem tentauerint; ratio tamen facile se prodit, cur cognati prae reliquis hos Spiritus sibi sumserint, etsi nullo iure nixi. Plerumque enim Regum cognati lautis muneribus amplisque possessionibus prae reliquis cumulabantur, vnde, eueniente occasione, tam magnifice de se sperare poterant. Vbi non possum non MEZERAEI errorem notare, qui *abr. chronol. de l'hist. de France T. II. p. 453.* inter causas ruentium rerum sub ultimis Caroli M. posteris etiam multitudinem filiorum eius nothorum

L refert,

refert, qui terras sustentationis gratia ipsis concessas pleno iure ad se traxerint; cum tamen quotquot ei superuixerunt nothi, ordini sacro fuerint adscripti. Illud etiam obseruo, illum REGINONIS locum *chron. L. 11. ad an. 888. p. 88.* quem sibi obstare animaduertit *III. SCHMIDTIVS*, iis verbis expressum esse, vt illa explicatio, quam circa varias eius partes adhibet, locum habere nequeat. Ponam, a REGINONE Arnulphum pro legitimo herede omnium regnorum, sed temere, habitum fuisse, quod mihi tamen ex eius verbis: *iam non naturalem dominum praestolantur*, non certo sequi videtur, quippe quae idem, quod antecedentia, *velut legitimo destituta herede*, significare possunt; tunc certe vltimo loco posita innuunt, REGINONIS fuisse mentem, ita se gessisse proceres, ac si non adfuisset iustus successor, qui tamen adfuerit, vt ipse SCHMIDTIVS explicat: quo supposito absque causa dicitur, per legitimum heredem hic in specie intelligi debere filium vel agnatum. Mihi vero vox: *veluti* idem indicare videtur ac *quoniam*, quo sensu admissio, vocem *heres* sigillatim explicandam esse, etiam nulla causa adest. Dein verba, *multos idoneos principes ad regni gubernacula moderanda Franciam genuisse*, non plane de iis, qui ex Carolo M. originem traxerant, explicari debent. LOCUS LVITPRANDI *L. 1. cap. 6.* quem affert, nulla ratione hanc explicationem probat. Non enim sequitur: LVITPRANDVS Widonem a Francis quandam affinitatis lineam traxisse praedicat, ergo REGINO plures adfuisse ex Carolo M. sanguinem ducentes innuit. Ea denique verba, quibus REGINO, vnumquodque regnum de suis visceribus sibi regem creasse, refert, non ita intelligenda esse dum contendit, quod Itali Italum, Galli Gallum elegerint, praeter necessitatem agit. Etsi enim Wido et Berengarius, si ad eorum

rum originem respiciatur, Franci fuerint, in Italia tamen ceteris prouinciis praecerant, ibique degentes, pro Italis reputari poterant, sicut et Eudo, qui eo tempore in Caroli crassi locum Rex Franciae eligebatur, Gallus erat.

Sed pergit in hoc tramite *Vir Ill.* ex historia Germanica illustrationem petens, p. 39. locum ADELBOLDI adducendo, qui in *vita Henrici S. Imper.* in LEIBNITH *S. R. Brunf. T. II. p. 431.* hunc in solum hereditarium euectum fuisse refert, huiusque asserti rationem reddit, quia nimirum ab his, qui genealogias computare nouerant, audiuerit, Henricum a Carolo M. ex parte patris decimam septimam, ex parte matris decimam tertiam propagationis lineam tenuisse. Cuius loci (quamuis eum descriperit ANNALISTA SAXO in ECCARDI *corp. histor. med. aevi T. I. p. 379.*) auctoritatem ve remoueam, primum in genere obseruo, etiamsi recte se haberet haec obseruatio genealogica; praeter rem tamen inde ADELBOLDVM ius aliquod hereditarium exsculpere, qui plurimos scriptorum medii aevi, in causis, quae ad statum publicum pertinent, saepius temere fingentes, imitatur, adeoque non sine examine audiri potest. Dein ipsa illa genealogica ratio per testimonio coaeuorum non confirmatur; quod ut euidenter pateat, obseruetur, cum ADELBOLDVS genus Henrici maternum a Carolo M. deducat, illius asserti rationem non aliunde reddi posse, quam quod eius mater Gisela filia fuerit Conradi Burgundiae Regis, qui Ludouici IV. transmarini, Galliae Regis filiam Mathildin in matrimonium duxerat, cuius genealogiae probationes b. KOLLERVS dedit *stemmatogr. Aug. Saxonicae p. 38. et Famil. Aug. Caroling. p. 99.* sique adeo gradus in linea descendente

dente inde a Carolo M. vsque ad memoratum Henricum S. computentur, non decimo sexto, sed tantum octauo gradu ipsum a Carolo M. distare patebit. Quod vero ad genus eius paternum attinet, nescio, quo pacto illud ex familia Caroli M. deriuari possit. Quod enim quidam genealogiarum conditores, ex. gr. HÜBNERVS *tab. 26.* contendunt, Hathwigam, matrem Henrici I. Germaniae Regis, fuisse filiam Ludouici Germanici, fundamento caret. Equidem AGIUS *vita Hathumodae, in ECCARDI quaternione veterum monumentorum n. 1.* hanc Hathwigam Regum neptem appellat; verum haec appellatio vaga est: ECCARDI vero coniecturam, qui *not. ad b. l. p. 36.* eam putat esse Heilwichin, filiam Euerhardi Comitis, et Giselae, filiae Imp. Ludouici pii, quam opinionem etiam adoptauit b. GEBHARDI *in LOMEIERI tabulis geneal.* ab ipso multa cura emendatis, *P. II. p. 36.* reiicit laudatus KOELERVS *stemmatogr. Aug. Saxon. p. 4.* quamuis ratione non satis valida nixus, vnde ego ECCARDI sententiam saltem in medio relinquo. Vt taceam, etiamsi antea memorata quorundam sententia testimonio scriptoris coaeui se tueri queat, nondum tamen Henrici S. ortum ex Carolo M. secundum genus paternum per septendecim gradus deriuari posse, vnde, quam parum fidei testimonium hominum, ad quos Adelboldus prouocat, mereatur, abunde liquet. Quid? quod ipse expressis verbis, Henricum *electum, et vt Rex fiat, ab omnibus desideratum fuisse,* memoriae prodat, neque eo aeuo ea vocum *eligere et electionis* significatio, qua, VtHERTIUS *notit regni Franc. p. 224. vol. 11. commentat.* alique existimant, refutati ab III. STRVBIO *P. IV. der Nebenstunden p. 125 seq.* cum quo reipsa consentit Perill. L. B. DE SENCKENBERG *von dem jederzeit lebhaften Gebrauch des uralten deutschen bürgerl. und Staatsrechts, p. 137.* prout et varias harum vocum significationes sequenti

quenti aevo occurrentes notauit *Ill. de OLENSCHLAGER* in der Erläuterung der güldenen Bulle K. Carls des IV. p. 103. solemnem tantum denotabant inaugurationem, obtineat. Et si coniiicere licet, *ADELBOLDVS*, dum statim subiungit: *insuper tertius Otto in Regem eligebatur, et ipsi tertium ad inuicem consanguinitatis gradum tenebant*; non plane indicare videtur, iure hereditario imperfecto *Henricum S.* ad solium regium peruenisse, sed tantum innuit, lineae regnantis rationem in eligendo nouo Rege maxime fuisse habitam.

§. II.

Nouum praesidium *Vir Ill.* in eo sibi inuenisse visus est, quod *annales FULDENSES ad ann. 887. p. 61.* a Carolo crasso Ludouicum Bosonidem, Ludouici II. ex Irmengarde nepotem, ad hominem susceptum, sibi que filium adoptiuum iniunctum fuisse, memorent; cum vero adoptionem inter cognatos eo consilio olim factam esse constet, vt ius successionis eo certius esset, inde concludit, *Carolum* adoptasse hunc Ludouicum, quia se mortuo, huic a Lothario filiorum Ludouici pii natu maximo, orto, ius successionis et optimum et proximum esse agnouerit. Intelligit sine dubio *Vir Ill.* ius imperfectum, quod vt alias per consensum et electionem populi, ita hic praeterea per adoptionem in perfectius eualescebat. At vero cum hac ratione Bosonidis illius ius fere consummatum fuerit, dubitari posset, vtrum licuerit Italis, qui sine dubio *Caroli* consilium intelligentes, ei contradixisse non leguntur, eam dispositionem *Caroli crassi*, qua ex pluribus cognatis illum sibi successorem designauit, infringere, ipsoque neglecto ad *Guidonem* regnum deferre. Sed quod iam maximi in hac causa momenti est, ratio, qua *Guido* ex *Carolingis* ortum duxerit, non in tali luce

collocata est, vt *Vir Ill.* sibi persuadet. Quod antequam exponam, obseruare licebit, contra sententiam, qua Guidonis Regis Patri idem illud nomen Guidonis fuisse, asseritur, testimonia quaedam ab HAHNIO fuisse prolata, *P. I. der deutsch. R. H. p. 281. not. c.* sed maiorem mereri fidem scriptores, qui patrem ipsius Guidonem, quam, qui Lambertum appellant, recte iterum additisque probationibus, contendit MVRATORIUS *l. c. P. V. p. 169. 214.* Quamuis vero testimonia adsint, quae ortum eius ex Caroli M. posteris extra controuersiam ponunt, nondum tamen in aprico est, quo gradu Carolum M. attigerit; iisque, qui matrem ipsius filiam Pipini, Italiae Regis, fuisse existimant, vti etiam GEBHARDI *l. c. p. 36.* pro verosimili habet, praeter ECCARDVM, ipsumque SCHMIDTIVM, *Comes de BûNAV l. c. T. IV. p. 103.* ratione ab aetate et tempore ducta, recte contradixit.

§. 12.


*Eiusdem
argumenti
continua-
tio.*

Antequam vltius progredior, ea etiam referre et examinare placet argumenta SCHMIDTII, quae in *historia sua Imperii German.* insignem eruditionem et acumen prodente, pro stabilienda sua sententia protulit. Ibi scilicet pag. 106. vbi contendit, circa finem Seculi noni in regnis, quae ex Francico ortum traxerant, quando de successione agebatur, rationem cognationis per lineam femininam fuisse habitam, exemplum repetit Ludouici Bosonidis, qui in concilio Valentiae 890. habito, his verbis Rex factus fuerit, nullum melius regem fieri debere, quam illum, qui ex *prosapia imperiali* (per Irmengardem matrem) prodierit; sibi que consentientem allegat Ill. MONTESQVIOV qui *l. cit.* idem obseruauerit. Verum ad locum ex concilio Valentiano adductum quod attinet, obseruandum, aliud esse, in constituendo Rege eius cognationis

tionis per feminas ortae rationem haberi, aliud, illi ex hoc capite ius aliquod, licet nondum consummatum, tribuere, imprimis cum, quoad Bosonidem, aliae rationes accesserint. Huc porro facit, quod eodem libro, p. 116. asserat *Ill. SCHMIDTIVS*, extincto Ludouico Infante, Germaniae Rege, proceres eligendi Regis gratia conuenientes, ad Ottonem illustrem, Saxoniae Ducem, ipsius vxoris Hadwigis nomine, maxime respexisse. Quod vt probet, assumit, eam fuisse filiam Henrici Ducis a Normannis 886. occisi, et filiae cuiusdam Ludouici Germanici. Atqui cum huius Henrici filius Adelbertus a *WITICHINDO* p. 635. *ap. MEIBOM. T. 1 p. 635.* Henrici Aucupis ex sorore nepos appelletur, rationes vero chronologicae hanc generis rationem non admittant, quod iam obseruauit *ECCARDVS praef. geneal. Sax. super. §. 16. p. 12.* hunc locum corruptum quidem, attamen veri aliquid inuoluere sibi visum, ita corrigendum vult, vt potius Henricus Adelberti ex sorore nepos appellari debeat, variaque affert argumenta, quibus sententiae suae praesidium inesse putat, non plane quidem contemnenda, nisi emendatio ista valde coacta videri posset. Mihi quidem *ECCARDI* sententia multo magis olim aridebat, qui a *WITICHINDO* Alberti patrem Henricum cum ipsius fratre eiusdem nominis an. 902. occiso fuisse permutatum coniicit, vnde, cum priorem falso pro marito Babae, sororis Henrici Aucupis, habuerit, Adelbertus huius ex sorore nepos ab ipso fuerit reputatus. Lectis vero postea, quae obuertit *celeb. GRVNERVS* erudita *dissertatione de Henrici minoris adu. Ottonem II. Imper. rebellantis genere, vol. 1. opuscul. ad illustr. histor. German. pertinent. p. III. seq.* dubius haereo, num iis, quae ipse de hoc *WITICHINDI* loco, aut iis, quae *ECCARDVS* sentit, plus tribuam. Licet enim valde propendeam ad probanda, quae de cognationis,

tionis, qua Baba stirpi Saxonicae et Francicae iuncta fuerit, ratione disputat, haec tamen salva manere possunt, etsi ille scriptor hac in causa errorem commiserit ex permutatione vtriusque Henrici, patris et filii, ortum; neque ille ex veritate rei, sed et ipsius mente respiciendus erit, qui, dum sororem Henrici Regis uxorem dederit Henrico, Adelberti patri, quae ex sententia ECCARDI et KOELERI Henrici, fratris Adelberti, fuit, ideo, licet falso, Adelbertum Henrici R. nepotem nominare potuit: cum per alia momenta a GRVNERO producta ab ipso assertorum veritas stare possit, ipseque, quamuis alio modo, WITICH NDVM lapsus non neget. Quod autem Hadwigis mater fuerit filia Ludouici Germ. ex loco AGII §. 11. adducto probatum est, ubi Regum neptis appellatur, quod nomen ex appellandi ratione eius aevi sororis filiam frequenter denotat. Vti vero ab ECCARDO abijt, qui Ludouicum German. et Carolum caluum hoc loco Regum nomine insigniri putat, ita illud axioma potius de Ludouici German. filiis intelligendum esse censet; consentitque cum eo ex parte, licet non eodem animo, b. GEBHARDI historisch-genealog. Abhandl. P. 1. p. 206. qui Hadwigem pro filia Carolomanni German. Regis habet. Verum, prout paulo ante monui, nimis coactum videri, si Hadwigis Alberti soror appellatur, adeoque ratio, qua SCHMIDTIVS Adelberti et Hadwigis patrem, cum familia Ludouici Germanici coniungere tentauit, pariter corrui; sic et nomen neptis diuersissimis significationibus occurrit, vt patet per exempla in LENZII libell. germ. de multiplici significatione nominum, quibus scriptores medii aevi affinitatis rationem indicant, p. 47. adducta. Et si vel hae omnes rationes genealogicae certissimis fundamentis inniterentur, eidem tamen monito, quod in fine §. antec. repeti, et hic locus

locus foret. Confer. ad ea, quae dixi, illustranda *b. KOELERI stemmatogr. Aug. Saxon. tab. 1.* et tabula apud *celeb. GRVNERVM p. 108. Ill. SCHMIDTIVS* vero hanc sistit tabulam genearchicam:



§. 13.

Verum ipsam rationem originis Guidonis ex familia Carolingica eruere tentauit *Vir Ill. §. 38.* Postquam enim ex eo, quod Guido Romam et Imperium nactus sit, Lotharingiam vero et Prouinciam quaesierit, vt *annales FVLDENSES ad an. 887. p. 62.* testantur, argumentum duxerat, ipsum per feminam a Lothario I. descendisse, obseruat ex testimonio memoratorum *annal. Lotharium 841.* filiam elocasse, cuius vero sponsi nomen non indicatur: illud autem tempus Guidonis Senioris aetati adultae congruere; vnde verisimile fiat, memoratae filiae sponsum eundem esse Guidonem, eius, de quo agimus, patrem. Quod vero ad priorem, eamque generaliore proposicionem attinet, inde quidem obiectionem formare nolo, quod, cum Lotharingiam ex iure cognationis quaesierit, vt *Vir Ill.* existimat, non simul ex eodem fundamento, Italian sibi subiicere conatus sit: quia praeuideo, hanc responsionem me laturum, quod fatius esse duxerit, tempori inferuire, vnumque ex regnis, in quae idem ius ipsi erat, aemulo relinquere, quam vtrumque appetendo, neutrum obtinere; prout etiam, spe Franciae

M impe-

imperandae deiectus, Italiam a se minime relictam ostenderit. Illud potius vrgebo, vnde fiat, vt Guido, cum ex relatione *annalium* EVLDENS. *ad ann.* 883. p. 56. Saracenis in partes suas pertractis, *Italiam timore concuteret*, neque tunc, neque alia vice ius suum hereditarium, si quod fuisset, allegauerit, aut saltem scriptores, ipsum hac opinione inductum vim adhibuisse, a se existimari innuant. Posterius non minus magna difficultate premittitur. Duas Imperatori Lothario I. fuisse filias, ex monumentis eius aevi discimus, quarum vnus a Gisilberto Comite raptae, nomen non refertur; altera, cui nomen Helletrudis, Berengario cuidam Comiti nupsit, quam in rem testimonia b. KOELERVS suppeditat *famil. Aug. Carol.* p. 75. vnde vel admittendum est, tres fuisse Lotharii filias, vel vnam ex duabus memoratis, soluto per mortem vinculo coniugali cum priore marito, secundis nuptiis in torum Guidonis senioris transisse. Neutra sententia idoneis confirmari poterit testimoniis. Cum vero Helletrudis mentio fiat in *litteris Adriani P. R.* aetatis qua ille vixit, ratio maximam verisimilitudinem parit, iis memoratam Helletrudin ipsam esse, cuius nuptias pater anno 841. celebravit. Alteram enim, cuius nomen ignoramus, intelligi non posse, ex eius raptu, a Gisilberto commisso, non temere existimatur. Quibus omnibus in vnum collectis, patet, quam incertum sit, Guidonem iure quodam hereditario ad Italiae regnum adspirasse; quamuis lubens in ECCARDI sententiam transeam, qui *Commentar. de reb. Franc. T. II. p. 698.* Widoni cognationem cum regia stirpe non parum auctoritatis conciliasse pronunciat, si nimirum eius sensus sit, per cognationem factum esse, vt Itali in ipsum sibi praeficiendum propenderent, ipsiusque potius, quam alius rationem in

electione haberent. Sin vero ECCARDI sententia ex alio loco, quem *Vir Ill.* §. 34. ex ipsius uotis in vitam *Hathumodae* affert, aestimari debeat, eadem responsio, quam antea dedi, contra ipsum pariter valebit, ac contra MVRATORIUM, qui *l. c. p.* 213. Berengario, Guidonis aemulo, Ludouici Pii nepoti, per cognationem, quam cum familia regia coniunctus erat, ius aliquod in Italiam tribuit; licet haec assertio, cui ceterum calculum adiacere dubito, si ad solum certitudinis genealogicae momentum respicere velimus, multo magis se commendet. Vnum adhuc adiacere non abs re erit; nimirum, in decreto, quod Itali de Guidonis electione fecerunt, in MVRATORII *Antiquit. Ital. med. aevi T. I. diff. III. p.* 85. nihil de huius iure hereditario inueniri, dicique potius, se illum elegisse *pro eo, quod diuino protectus auxilio, de hostibus potenter triumpharit.* Vbi simul obseruo, absque causa sibi *Virum Ill.* §. 39. persuadere, quod relatio scriptorum, qui, Guidoni cum Berengario conuenisse referunt, ut hic extincto Carolo Italiam, ille Galliam acciperet, ex eodem decreto erroris conuinci posse, quippe quod Berengarium furtum et fraudem, ut Italia potiretur, adhibuisse docet, quibus opus non fuerit, si ipsi regnum pacto a Berengario relictum fuisset. Nam dum pactum illud iniit cum Guidone, simul etiam fieri potuit, ut minis et suasionibus opus habuerit, quo Italos sibi subiiceret, atque induceret, ut ipsi assensum suum non negarent, quo deficiente illud effectum caruisset; quo nomine, animis procerum ab eo reductis, postea male audit et repudiatus fuit ille Berengarius.

non dicitur, *Virum Ill.* §. 14. His igitur, quae *Vir Ill.* haftenus protulerat, cum Guidonis ius in Italiam per cognationem ortum, ab omni

*italiam ius
heredita-
rium.*

dubio liberare annis fuerit, §. 42. reges, qui Guidonem filiumque exceperunt, idem ius in Italiam consecutos esse, subiungit. Nescio, quo pacto, (etiamsi illud extra controuersiam esset, vbi ad reliquos respicimus, quod tamen minime do,) haec sententia ad Hugonem Arelatensem Italiae Regem applicari possit; quamuis enim nepos ille fuerit Lotharii II. et Waldradae, vt docent PAGE *Crit. Baron. T. III. p. 820.* et VOLLHART *diss. de hoc Hugone Lips. 1738. p. 6.* constat tamen, liberorum ex Waldrada genitorum nullam, quoad ius regnandi, habitam fuisse rationem. Denique Ottoni I. ius Italiae occupandae ex ipsius cum Adelheide matrimonio arcessit, cui ex mente auctoris *chronici QVEDLINBURG. regnum Langobardiae iure hereditario cessit*, qua de re secutura dissertatione se acturum pollicetur. Intelligit chronicon illud, quod in LEIBNITII *S. R. B. T. II.* extat, vbi p. 279. verba adducta leguntur, hac vero in causa nullius momenti est. A patre Adelheidis, Rudolpho Burgundiae Rege, illud repeti nequit, quippe qui ipse ab Hugone Arelatensi, quem Italiae proceres arcessuerant, regno expulsus fuit; ne dicam, Rudolpho ius aliud praeter electionem tribuendo, nouum contra SCHMIDTII opinionem dubium enasci. Ponamus etiam, Italorum perfidiam ius Adelheidis non potuisse auferre, illud vero per istam ad masculinum fuisse deuolutum; tunc certe ostendi deberet, per uxorem ad maritum eo aeuo verum ius in terras transisse: quod enim *Vir III.* vt hanc stabiliat sententiam §. 33. attulit exemplum, frustra adduci, antea obseruatum fuit. Neque Adelheidis a marito suo priori illud potuit acquirere; hunc enim morem tum obtinuisse, probari non potest: et in tabulis nuptialibus, quas ex MARGARINI *bulletario Cassinensi T. II. b.* HEYMANNVS *comment. de re diplomat.*

mat. Imperatric. August. append. l. p. 460. exhibet, non nisi praedia quinque, et tres abbatiae, (ex vitio eius aevi; de quo conferri potest b. MOSHEMIVS institution. Histor. Eccles. p. 405. not. k. edit. an. 1755.) a Lothario Hugonis filio sponsae donantur, de ipso autem regno nihil reperitur in ipsam post Lotharii mortem transferendo. Neque vnquam vt ex HEYMANNO l. c. p. 114. patet, Adelheidis se vocavit Reginam Italiae; quem titulum tamen eam non fuisse omissuram, tuto credi potest, si illud regnum iure proprio ad se pertinere censuisset.

§. 15.

Ex quibus omnibus, quae haecenus contra *Ill. V. SCHMIDTIVM* disputavi, euidenter patebit, quantum difficultatis sententia, quam ipse omni ingenii vi ornandam suscepit, secum ferat; licet, hac causa seposita, id laudis ipsi minime detrahā, quod in sua dissertatione plurima ex antiquiori Langobardorum historia eruditissime expediuerit. Ex iis vero, quae primis huius tractationis paragraphis de rebus gestis Regum Germaniae in Italia retuli; primum obseruo, Carolomannum ex designatione et voluntate Ludouici II. Imper. ius in Italiam esse adeptum, quod per ipsum ad fratrem Carolum crassum ex ipsa sententiae *SCHMIDTII* ratione deuolutum fuit, ita quidem, vt, si coniectura *HAHNII P. l. p. 261.* et *BAVDISII not. ad MVRATORIVM P. V. p. 173.* fundamento non destituatur, vti certe maxima probabilitate se commendat, Carolus a Carolomanno adhuc viuento, sed graui morbo correpto, acceperit regnum. Et certe non sine ratione existimari posset, cum Arnulphus Italiam armis acquisiuerit, et Berengarium nexu clientelae sibi obstrinxerit, iam ab ipso non sibi solum, sed regno Germanico fuisse quaesitam; vnde et huc trahi solet *EKKEHARDVS de casibus S. Galli*

Galli cap. 1. in GOLDASTI Scr. rer. Alem. T. I. p. 19. qui Hattoni Moguntino, ius regium exacturo tributa ab Italis soluta referre videtur. Verum huic sententiae eo minus tanquam certae subscribo, quo certius constat, Italos post ipsum propriis regibus diutius paruisse, eamque adeo, quae fuit, connexionem sensim exspirasse videri; donec Otto I. denuo illud regnum cum Germania coniunxit; prout etiam EKKEHARDI, veluti scriptoris minus accurati, locum negligendum putat MASCOVIUS *comment. de rebus I. G. a Conr. I. annotat. ad res Conr. I. p. 9.* WITICHINDI vero testimonium *L. I. p. 641. ap. MEIBOM. S. R. G. T. de Henrici consilio Italiam adeundi, quod per eius obitum evanuit, GVNDLINGIVS de Henr. Auc. p. 256-259.* ita explicat, vt verisimile ipsi videatur, istum ab Italis denuo fuisse accitum, aliter sentientibus, qui pro non interrupto Germanorum iure pugnant, BÖCLERO *in Ottone I. p. 224. seq. Oper. T. III. et SCHILTERO de L. E. G. p. 297. 298.* Nec minus celeberrimus *chronici GOTTWICENSIS auctor L. II. p. 145. 146.* licet titulum Imperatoris, a scriptoribus nonnullis Henrico I. tributum oratorium magis quam curialem, imo in sensu quodam latiori acceptum fuisse largiatur, ex axioma tamen Aduocati Romanorum, quo Henricus ipse in diplomate quodam an. 932. confecto in SCHANNATI *corp. trad. Fuld. p. 234.* se insignit, ius antiquum in Italiam ab ipso agnitum colligit, Arnoldumque Bauariae ducem, contra Hugonem profectum, prodromum veluti fuisse Regis, qui eodem tendendi consilium iam cepisset, existimat. Cui, Henricum, ita se appellando, ius suum et Germaniae in urbem Romam adhuc vigere, voluisse indicare, non difficulter concesserim; neque valde intercessurus, si quis verisimile ducere velit, Regem illum Romam et Italiam eodem iure sibi deberi

cen-

censuisse; an vero recte senserit, definire nolo. Tandem ipse *Ill. SCHMIDTIVS histor. I. G. sect. IV. §. 81.* Henrici in Italiam ius tum ex regia dignitate, qua Francis imperabat, tum inde, quod a Carolo M. sanguinem duxerit, derivat, consilium id persequendi verosimiliter captum existimans. Quicquid huius causae sit, Otto I. certe prima vice ab Adelheide memorata inuitatus, Berengarium II. eo tempore Italiae imperantem, eo adegit, ut is anno 952. in Germaniam profectus, Ottoni se cum filio Adelberto in comitiis Augustanis subiecerit, eiusque clientem se professus fore, Italiam titulo clientelari regendam ab ipso receperit, adiecta conditione, se maiori postea clementia in populum uti velle, qua re prima denuo acquisita iura regni Germanici in Italiam comprehenduntur, ita tamen, ut status Italiae iura regni Longobardici retinuerint. Loca scriptorum, quibus dicta confirmantur, ne toties actum agam, omitto, quippe a plurimis historiae Germanicae conditoribus collecta, tantumque adiicio, quod *Ill. de OLENSCHLAGER* observavit, *origin. iurispubl. I. R. G. ex histor. Imper. Saxon. illustratis, §. II. not. I.* Ottonem I. iam tum re ipsa titulum Italiae gessisse, quod probat ex diplomate A. 952. dato, in *CALMETI Histor. Lotbar. T. I. interpretat.* ubi Otto Rex Francorum et *Hitallorum* dicitur, et in cuius subscriptione annum regni Italici primum indicat. Quinimo anno iam 951. Ottonem axiomatico Regis Longobardorum usum fuisse, diploma docet, ex *PVRICELLI monum. bibl. Ambr.* ab autore *chronici GOTWIC. L. II. p. 167.* memoratum. Cum vero Berengarius Italis denuo molestus esset, fidei promissae immemor, ab Ottone in Italiam, inuitantibus proceribus, reuerso, victus, et anno 961. regno exutus est, feloniae criminis reus. Conf. *DE LVDEWIG singular. I. P. p. 246. seq. 295.* quo facto Imperator utile dominium cum directo coniunxit, ita ut Italia ab eo tempore cum Caesari, tum regno Germanico paruerit, quippe iuris

36 SPICILEGIUM OBSERVAT. DEI CONNEXIONE

gentium est, ut populi armis subacti non Regi solum, sed et civibus acquisiti censeantur, recte observantes SCHVRTZ-
 FLEISCHIO *de iure Augusti in Italiam* §. 7. p. 878. b. *operum histor.* Unde etiam aliter se res habuit, quando Carolus M. summum in urbem Romam imperium accepit, quippe quem Romani Imperii dignationem nec Germaniae, nec alteri Franciae, sed suae genti domuique acquisivisse, recte cum aliis pronuntiat SPENERVS *hist. Germ. T. I. p. 206.* suffragante Ill. PÜTTERO *comment. de altera illa instauratione Imper. Rom. sub Ottone M. eiusque successoribus facta* §. II. Reliqua, quae ad hoc negotium pertinent, lubens omitto, tantumque moneo, S. R. WALCHII *eruditae dissertationi, de Ottone Magno Italiae Rege ac Germanorum Imperatore,* addi posse *MVRATORIUM l. c. P. V. p. 455. 456. 460. seq. 483. aliisque locis.*

§. 16.

Poffem nunc huic qualicumque labori finem imponere, nisi observassem GOTTE. STURMIVM, qui *singul. dissert. Witteb. 1732. habita,* eam sententiam propugnandam sumit, quod Otto M. Imperium Romanum cum regno Germanico non coniunxerit, asserens, inde a tempore huius coniunctionis Italiae cum Germania per Ottonem factae, non alio modo Imperium Romanum ad successores ex ipsius familia pertinuisse, quam quatenus summa potestate in regno Italico potiti fuerunt; §. 17. *not. b.* eo argumento uti, quod in celeberrimo illo Leonis VIII. decreto, (cuius fidem, non quidem eo respectu, quod instrumenti authentici auctoritatem prae se ferat, isto tamen, quatenus ex historicorum eius temporis monumentis confectum, facti illustris narrationem exhibere videtur, tueri non dubito) in Ottonem potestas sibi successorem in Imperio eligendi transferatur, quae electio ab Imperatore usurpanda ad regnum Germaniae applicari nequeat, quippe quod temporibus Ottonum non fuerit successivum, unde nec ea proceribus

Sturmi
 sententia,
 quatenus
 buc facit,
 breuiter re-
 futatur.

inconsultis fieri potuerit. Equidem cum separatae sint rationes regni Italici et Imperii Romani, hanc litem non opus esset vt meam facerem; veruntamen eam non plane intactam relinquam, quia illud Imperium velut insignis accessio iuris spectari debet, quod ex illa Italiae cum Germania connexionem Germani adepti sunt. Certe Ottoni eiusque in regno Italico successoribus ibi ius conceditur eligendi in Romano Imperio successoris, Romanis vero nulla potestas transferendi in alios auctoritate sua Imperii relinquitur; et prout singuli, tum ex Ottonis familia, tum reliqui Germanorum Reges cum Italia, quae populo Germanico acquisita fuerat, ius suum in Imperium memoratum ipso actu exercuerunt, dubium, quod ex formula Germaniae eius temporis *STURMIVS* mouit, facile repellitur. Nisi fallor, omnis disputatio huc redit, num Imperium Romanum, quod ab Ottonis I. tempore in potestate Regum Germaniae et Italiae constitutum erat, vi laudati pacti, cuius veritatem, licet euietam contendere nolim, tantummodo sensu supra memorato ponam; ab horum vnoquoque in quemcunque alium pro lubitu conferri potuerit, ita vt penes illos facultas transferendi esset, hic vero ipsa possessione cum omni effectu gauderet? quod ego quidem minime affirmauerim. Quemadmodum enim nullo modo praesumi potest, Germanorum Reges Imperium istud, vnde tantus in ipsos splendor redibat, successoribus detrahere voluisse, quod et nunquam fecerunt; ita insigni confusione multisque litibus locus fieri potuisset, si cuique illorum alium in Imperio successorem, quam eum, qui Germaniam Italiamque obtinebat, designare licuisset; hancque adeo formulae 964. conditae mentem subesse, mihi persuadere nequeo, vbi nimirum, quod fere ab omnibus fit, aliterque fieri nequit, vox *successor* de Imperio intelligitur: vnde potestas successorem eligendi de eo explicari debet, quod Germanorum Reges subinde eum nominarent, quem post se Ger-

maniae, adeoque etiam Imperio Romano praeesse optabant, eaque ratio, qua Regem Rex excipiebat, velut pro formula hereditaria reputata fuerit, quam explicationem WIDEBUR-
GIVS Anmerck. aus dem Staatsr. und d. Geschicht. p. 29. et 198. affert. III. SCHMIDTIVM sententiam STVRMII nec ado-
ptasse, nec adoptare potuisse, ex eius *hist. imp. Germ. p. 153-155. 176. patet. Perill. L. B. DE CRAMER progr. de coni. I. Rom. cum R. Germ. sub Ottone I. p. 6. seq. facultatem eligendi successoris de dignitate pontificia intelligit, atque, ne idem diuersis verbis repetitum videatur, electionem R. P. ab ordinatione distinguendam putat. Ut ut vero hoc discrimen, si rem ipsam spectes, admitti posse non negauerim, mihi tamen vox *sibi* obstare videtur, quo minus memorata potestas ad electionem Pontificis trahi possit. Notauit quoque verbo opinionis a STVRMIO defensionis infirmitatem STRVVIUS *corp. iur. publ. Cap. II. §. 2. not. 6. vt alios taceam. Illud denique decantatum pactum Ottonem III. inter et Gregorium V. P. R. initum, ex quo STVRMIVS §. 20. ius Germaniae ipsius in Italiam repetit, multo maioribus dubiis subest. Certe ipse GVNDLINGIVS, qui *dissert. de causa et orig. foeder. elect. §. 10. 14. pro illius veritate pugnat, ita tamen loquitur, vt nihil illud, si recte eum capio, innuat, quam ius Germanorum in Imperium, antea iam acquisitum, noua sanctione fuisse stabilitum, tantumque per eam continuatum, quod cum testimoniis coaeuorum, vetera pacta sub Ottone III. renouata referentium, amice conspirat. III. PÜRTERVS, licet *l. c. §. 4. existimet, nondum ex certis fontibus definiiri posse, vtrum coniunctio Imperii Romani et Italiae cum Germania sub Henrico II. et Conrado II. ex submissione, ab Italis, postquam aliquod tempus eorum supremam potestatem recusauerant, tandem facta, an vero ex lege aliqua fundamentali sub Ottonibus condita deriuanda sit? posteriorem tamen sententiam probabiliorem pronuntiat.****

